


DE
SACRIS
AEDIFICIIS


164

1693
CIA
De Sac



FA-234





13082

Brunet II pp. 3. N^o 29468 - 15 florines 1879

726.032.773<030> : 72.032.773<030>


CIA.

1693 CIA De Sac

BIBLIOTECA
DEL C.O.A.M.



VASCENT
IEM



D E

SACRIS ÆDIFICIIS

A CONSTANTINO MAGNO
CONSTRUCTIS.

SYNOPSIS HISTORICA
JOANNIS CIAMPINI
ROMANI

MAGISTRI BREVIUM GRATIÆ,

AC IN UTRAQUE SIGNATURA
REFERENDARII.



ROMÆ, M DC XCIII.

Apud Joannem Jacobum Komarek Bohemum Typographum,
& characterum Fusorem apud S. Angelum Custodem.

SUPERIORUM PERMISSU.

D E

SACRIS EDIFICIIS

A CONSTANTINO MAGNO
CONSTRUCTIS.

SYNOPSIS HISTORICA

IOANNIS CIAMPINI

ROMANI

MAGISTRI BREVIUM GRATIAE

AC IN UTROQUE SIGNATURA
REFERENDARI.



ROME. M DC XCIII.

Apud Joannem Jacobum Komarek Bohemum Typographum
& Characterum Fulorem apud S. Angelum Custodem.

SUPERIORUM PERMISSU.

SANCTISSIMO, AC BEATISSIMO
PATRI, ET D. N.
INNOCENTIO
DUODECIMO
PONTIFICI MAXIMO.

JOANNES CIAMPINUS MAGISTER BREVIUM
Sempiternam Felicitatem.



In vestrum, BEATISSIME PATER,
veluti in proprium sinum spon-
tè convolat meum hoc opus *De*
Sacris Ædificiis à Constantino
Magno constructis. Nam si ea
præcipuè hac in Urbe ædificata respiciamus,
utique reperiemus in illis à plurimis Ponti-
ficibus SANCTITATIS VESTRÆ Præde-
cessoribus, non rarò Pontificalia munia, &
Sacra, pro Christiana Religione, fuisse cele-
brata Concilia, per quæ Fides ipsa, & Regale
Sacerdotium maximè semper visum est ef-
flescere. Quod sanè divino consilio factum
putandum est, ut Urbs Gentium Regina, quæ

olim erat magistra erroris, postmodum, per
Sacram B. Petri Sedem caput Orbis effecta,
Magistra veritatis evaderet. Si verò ad ædi-
ficia in Oriente erecta animum converta-
mus, religiosa ibi loca, in quibus salutis Au-
ctor natus, conversatus, ac mortuus, in Sa-
cras conversa fuisse ædes agnoscemus, quas
Fideles magno religionis, & pietatis sensu,
longis itineribus, indefessis laboribus, spretis-
que periculis, quotidie venerantur. At cum
ista SANCTITATI VESTRÆ ob Christianæ Rei-
publicæ regimen invisere minimè permitta-
tur, saltem mente id facere licebit, si quid otii
ex innumeris Apostolicis sollicitudinibus po-
terit unquam decerpere. Dixi ab innumeris
sollicitudinibus, & jure profectò. SANCTITAS
enim VESTRA ad Ecclesiæ regimen, ita dispo-
nente Domino, assumpta continuo verè Pon-
tificium aperuit animum, omnia in Dei ho-
noris augmentum, in populorum commo-
dum ac salutem, assiduis curis, sepositis omni-
bus humanis rationibus, dirigendo. Magna,
egregiaque facinora proculdubio à CARDINALE
ANTONIO PIGNATELLO speraverant quicum-
que illum sive in Italia, sive extra Italiam no-
verant, si aliquando ad summum augustissi-
mumque Sacerdotium eveheretur; sed spes

īpfas quamvis arduas, difficilesque superāsti
BEATISSIME PATER; quare præ stupore rerum
planè mirabilium, quas SANCTITATEM VE-
STRAM patrantem aspiciunt, obmutescunt
qui alioquin in laudes erumperent. Gratu-
lantur itaque sibi tacitè omnes talem, tan-
tumque Christianæ Reipublicæ datum esse
Moderatorem. Gaudent enim verò cū vi-
dent in SANCTITATE VESTRA plurimas flo-
rere virtutes, quas majores nostri in supe-
rioribus Pontificibus mirari consueverunt.
Splendet enim, ut è pluribus pauca delibe-
mus, is quo fervet, animarum zelus in novis,
& salutaribus legibus Sacræ Pœnitentiariæ
datis; Sollicitudo pacis, & concordia inter
Christianos Principes ostenditur à Brevibus,
quæ ad eos paternæ charitatis plena trans-
misit. Divini verò cultus, & nitoris in domo
Dei cura, & vigilans Sacrorum Canonum cu-
stodia elucet in Visitatione nuper indicta.
Tam frequentes, tam faciles etiam miserrimis
aditus docent, quanta sit omnes audiendi,
noscendi, solandicupiditas. Si ad Pauperum
inopiam sublevandam; attentum paternæ
charitatis animum nobis proponimus; ma-
gnificum conspicimus erectum Hospitium,
& amplissimos redditus assignatos. Si ad

Urbis Ecclesiasticique Status politicum regimen oculos convertamus, nova in dies commoda, nova inventa ad ejus felicitatem SANCTITATEM VESTRAM meditantem videmus. Si Tribunalia respicimus præclaros, doctosq; Viros ad Justitiam administrandam electos fuisse gaudemus. Quid plura dicam: nulla præterit dies, quæ in fastis annumeranda, quæ albo describenda lapillo non sit? Quid beatius Christianus populus; Quid Ecclesiastici Status subditi sperare poterant, quam talem, ac tantum sibi datum fuisse Pastorem, atque Pontificem. Pro tanto igitur accepto beneficio, à bonorum omnium Datore omnes nos subditi, omnesque fideles ipsum Deum altissimum enixis precibus deprecari, & debemus, & volumus, ut eidem SANCTITATI VESTRA non diuturnam tantum vitam, sed prosperè semper valentem, & felicissimam ad Christianæ Reipublicæ beatitatem, ad Sanctæ hujus Sedis, quam VESTRA SANCTITAS tenet incrementum, & gloriam ad SANCTITATIS VESTRÆ nominis perennitatem, & amplissima apud Deum merita. Hæc exopto, hæc apprecor, hæc annuncio, & ad pedes SANCTITATIS VESTRÆ provolutus, eos humillimè exosculor.

Eminentissimo, & Reverendissimo D.

CAROLO BARBERINO

Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Presbytero Cardinali
amplissimo, ac Vaticanæ Basilicæ
Archipresbytero.



QUID hoc in meo concinnando opere
præstiterim penes Lectores judi-
cium sit. Si quid in eo gratum in-
venerint, vobis Eminentiss. Prin-
ceps deberi intelligant. Eminentia
siquidem Vestra, uti inclytæ Vaticanæ Basilicæ
Archipresbyter, Codicem, in quo vetera hujus
Basilicæ monimenta diligenter delineata sunt,
mihi commodari permisit. Ego autem ex eo om-
nia, quæ curiositatem, simulque Christianam
pietatem, religionemque excitare possunt desum-
psi, ac in lucem emisi, explicationes addendo. Fa-
miliæ Barberinæ hæc est insita peculiaris cura,
Literarum Amantes incitare ad studia, antiquas-
que memorias, præsertim Ecclesiasticas, non so-
lum conservare, verum etiam è tenebris eruere.
Quot, quantaque præstitit venerandæ semper me-
moriæ Urbanus VIII. Pontifex Maximus Emi-
nentiæ Vestræ Patruus Magnus. Quid ejus Fra-

tris

tris filius, pariterque Eminentiæ Vestræ Patruus
Franciscus Barberinus S.R.E. Vicecancellarius,
ac Purpuratorum Decanus, in antiquis reparan-
dis Ecclesiis, antiquasque conservando picturas,
ne à temporis faucibus penitus deglutirentur.
Testis ipse pariter inter plurimos esse possum
quemadmodum itidem Eminentiæ Vestræ Fra-
tris filius alter Eminentissimus Franciscus Car-
dinalis Barberinus, Patruus celeberrimæ Biblio-
thecæ, morumque dignissimus hæres majores suos
in hac etiam laude imitetur. Ex illo enim in clyto
Cimelio, Musivorum operum in Liberiana Ba-
siliçæ extantium delineationes, mihi transcribere
concessit. Nonne hæc sunt nobilia literis, bonoque
publico faventium indicia? Quare Barberina
Familia, non solum Purpuratorum Seminarium,
cum ex ea sex ad hæc usque tempora, Purpurâ do-
nati fuerint, verum etiam literarum faulrix jure
asseriri valet. Hæc in animi grati tesseram, ac ut
in publica perrenent memoria exarare volui, hu-
millimas pro accepto beneficio rependendo grates.
Vale cum omni Familia ad Literariæ Reipublicæ
bonum nate Princeps.




P R Æ F A T I O A D L E C T O R E M .



Cum cimelii mei evolverem libros ; fortè in Procopium incidi, qui de *Ædificiis à Justiniano Imperatore constructis* brevem admodum contexuit Tractatum animum propterea ad *Constantinum Magnum Imperatorem* de Republica Christiana optimè meritum converti ; nullumque Scriptorem, qui de Sacris Ædificiis

ab eodem constructis peculiare opus exarandi curam susceperit adinveni . Quapropter operæ præmium fore duxi huic singillatim studio meas subservivas addicere horas , ac ea quæ de eisdem Sacris Ædificiis tanto ab Imperatore factis , sparsim in nonnullis leguntur Auctoribus colligere . Ad laborem hunc eo magis suscipiendum me accinxi , quo magis alterum meum opus Veterum Monumentorum, quod præ manibus habeo illustrare posse arbitrabar . Dum his componendis eram intentus Vir quidam valdè eruditus ad me invisendum accessit, & me quid scriberem sciscitanti , dedi responsum , meditari me Imperatoris Constantini gesta circa Sacras Ædes in unum unire . At ille continuè subjunxit . Undenam hæc colligis ? Cui responsum reddidi : Multa in Occidente sunt Ædificia ab Anastasio Bibliothecario descripta ; alia verò in Oriente ab Eusebio, aliisque Scriptoribus Græcis indicata . Ille verò iterum subjunxit . Quænam fides Anastasio præstanda est , qui post quatuor , & ultra secula à Constantini ævo Scriptor fuit ? Huic inopinatæ censuræ addidi : Si fides Anastasiano Codici auferenda sit , magnâ ex parte Ecclesiastica antiqua corruet historia . Hisce in controversiam vocatis , inceptas seposui lucubrationes , animumque ad Anastasium à quacumque censura posse vindicandum addixi : quod brevi temporis spatio absolvi , publicique juris feci , quâ tamen ignoro fortunâ . Deinde inceptam

Ædificiorum reassumpſi descriptionem, eamque ad hunc, quem vi-
des perduxi finem. Hæc præmittere exiſtimavi, ut ſi cum Amico ri-
gidus ſis cenſor, hoſque meos labores aliquâ cenſuræ notâ inurere
volueris, eo quia Librum Pontificalem, ſive Bibliothecarium ſecutus
ſim; ut illum prius, antequam ad cenſuram devenias te legas rogo,
deinde tuo pro libito dijudices. Ne mireris etiam duas huic meo operi
appoſuiſſe nuncupatorias Epistoſas alteram Beatiffimo Pontifici
INNOCENTIO XII. alteram verò Eminentiff. & Reverendiſſ.
D. CAROLO CARDINALI BARBERINO, quia Eccleſiaſtica Hiftoriæ in-
clyti collectoris Cardinalis Baronii morem ſecutus ſum, cui in ſin-
gulis penè fuorum Annalium tomis poſt Summo Pontifici Epistoſam
nuncupatam, alteram alicui ex Presbyteris, ſeu Diaconis Cardina-
libus exſcribere placuit; nos propterea tanto Orbis Chriſtiani Princi-
pi, & hujus Vaticanæ Baſilicæ digniſſimo Archipresbytero dicare
exiſtimavimus. Vale.



Ad Illustrissimum, & Reverendissimum D.

JOANNEM CIAMPINUM

PRÆLATUM ROMANUM,

AUCTOREM LIBRI

DE SACRIS ÆDIFICIIS A M. CONSTANTINO
CONSTRUCTIS.

JULIUS LUCENTI ABBAS CISTERCIENSIS

Sacræ Congregationis Indicis Consultor.

*S*quallida succisa jacent
Improbâ falce Temporum
Constantiniana Tempora
His mage clarent
Tua scripta Ciampine
Surgere quæ faciunt
Adversa sorte perempta
Æternum duratura
Non ultra
Pavebunt
Barbaricum dedecus
Et Mundanum quidpiam
Procul deiiciens
Calamus hic Tuus
Quæ instaurat Tempora
Virtute suffulcit sua
Quod sapientis est
De tempore, deque adversa

Triumphare Fortuna
Quid stupes?
In Castris Virtutis
Cæsarum emeritus munerata
Ipse, quem edis liber
Congiarum sit Tibi
Sacris valuit suis Ædificiis
Cæsarum Maximus
Cæsareo eloquio te pluris valuisse
Sciet Orbis
Fatum illis præscripsit finem
Se Tibi æternitas
Scribenti proscribit confinem
Io
Assurge Joannes
Eloquii lux vera
Quæ nescis Occasum
Scriptis coronabere Tuis.

JUSSU Reverendissimi Patris Sacri Apostolici Palatii Magistri
Fratri Thomæ Mariæ Ferrari, attentè ac per jucundè perlegi
Librum, cui Titulus *De Sacris Aedificiis à Constantino Magno
constructis*, ab Illustris. & Reverendis. Præsule Joanne Ciampino
exaratum. Quod quidem Opus, cum Sacrarum Patriarchalium,
tum aliarum Urbis Ecclesiarum, & præcipuè Vaticanæ Basilicæ,
cui Ego famulatus in Canonicorum numero addictus sum, Anti-
quitatem, Dignitatem, ac Præstantiam demonstrat, multaque,
quorum memoria ferè jam delapsa erat, felici labore in lucem revo-
cat. Cumque nihil Fidei contrarium, imò pleraque ad antiquam
veterum Fidelium pietatem renovandam, & ad Hæreticorum præ-
cipuè sacrorum Templorum usum, & cultum impugnantium er-
rores detegendos contineat; Typis mandari utilissimum fore cen-
seo, si ita P. S. Reverendis. visum fuerit.

Joannes Baptista de Palagio.

Illustris. & Reverendis. D. mei Joannis Ciampini Opus *De Sa-
cris Aedificiis Constantini Imperatoris* legi de mandato Reveren-
dissimi P. Fr. Thomæ Mariæ Ferrari Sac. Apost. Palatii Magistri,
nihilque in eo comperi; quod vetustis Ecclesiæ traditionibus ad-
versetur, & quod consentaneum non sit historicæ veritati; Ideoque
dignum quod Typis mandetur. In quorum fidem &c. Romæ 6. Idus
Aprilis 1693.

*Jacobus Vincentius Marchesius Juris utriusque Professor
Beneficiatus Lateranensis.*

I N D E X

Capitum , & Sectionum totius Operis .

- Cap. I. **C**onversionis Magni Constantini Imperatoris , ad Christianam Religionem , brevissima enarratio . pag. 1.
- Cap. II. De Basilica Lateranensi . 4.
- Cap. III. De Lateranensi Baptisterio . 23.
- Cap. IV. De Vaticana Basilica . 27.
- Sect. I. De Altari Majori S. Petri , & iis quæ erant in Basilicæ Abside , sive Tribuna . 41.
- Sect. II. De Musivis operibus in Abside , sive Tribuna Vaticane Basilicæ . 42.
- Sect. III. De Confessione D. Petri . 48.
- Sect. IV. De Altaribus , Oratoriis & aliis , quæ erant in transversa Basilicæ Navis . 51.
- Sect. V. De Oratoriis , & Altaribus , quæ erant in mediana Navis . 61.
- Sect. VI. De Oratoriis , seu Cappellis , ac Altaribus in minori , anteriorique Navis dextera existentibus . 66.
- Sect. VII. De Oratoriis , Altaribus , & Sepulcris posteriorem minoremque Navim occupantibus . 67.
- Sect. VIII. De Oratoriis , Altaribus , atque Sepulcris in anteriori , minorique Navis ad Aquilonem existentibus . 71.
- Sect. IX. De Oratoriis Altaribus , & Sepulcris Navis ultimæ , ac posterioris in Aquilonem . 73.
- Sect. X. De Sepulcris & aliis multis , quæ erant in Quadriporticu & Atrio Basilicæ , ut in Tab. Ichnographica . 76.
- Sect. XI. De iis , quæ olim erant in Ecclesia S. Andreae Apostoli in vestibulo Templi Apollinis . 86.
- Sect. XII. De iis , quæ exstabant in Ecclesia S. Petronillæ Virginis in Templo Apollinis . 88.
- Sect. XIII. De iis , quæ in Templo S. Mariæ de Febris olim exstabant . 89.
- Sect. XIV. De exterioribus partibus ad Basilicam Vaticanam spectantibus . 91.
- Sect. XV. De partibus subterraneis , sive Sacris Cryptis Vaticane Basilicæ . 101.
- Cap. V. De Basilica S. Pauli . 109.
- Cap. VI. De Ecclesia S. Laurentii in agro Verano extra mœnia Urbis . 111.
- Cap. VII. De Sessoriana Basilica , sive Ecclesia Sanctæ Crucis in Hierusalem . 116.
- Cap.

Index Capitum,


- Cap. VIII. De Ecclesia SS. Marcellini & Petri viâ Lavicana. 122.
- Cap. IX. De Ecclesia S. Agnetis extra Urbis mœnia viâ Nomentanâ. 126.
- Cap. X. De Ecclesia S. Constantiæ, ejusque Musivis operibus. 130.
- Cap. XI. De Ecclesia SS. Quatuor Coronatorum. 137.
- Cap. XII. De Ecclesia duodecim Apostolorum. 137.
- Cap. XIII. De Basilica S. Sabinae. 139.
- Cap. XIV. De Ecclesia S. Laurentii in Pane, & Perna. 138.
- Cap. XV. De Ecclesia S. Mariæ in Ara Cœli.
De Ecclesia Sancti Chryfogoni trans-Tyberim.
De Ecclesia S. Petri in Monte Aureo.
De Ecclesia S. Sebastiani.
De Ecclesia S. Marcelli. 139.
- Cap. XVI. De Sacratio Vaticanae Basilicæ. 139.
- Cap. XVII. De Basilica SS. Petri, & Pauli, ac S. Joannis Baptistæ in civitate Ostiensi. 139.
- Cap. XVIII. De Ecclesia Sancti Joannis Baptistæ Albanensis Civitatis. 141.
- Cap. XIX. De Ecclesia Apostolorum in Urbe Capua, quæ Constantiniana denominata fuit. 142.
- Cap. XX. De Basilica Apostolorum, & Martyrum, seu Sanctæ Restitutæ Neapoli. 142.
- Cap. XXI. De Ecclesia B. Mariæ in Gallia. 144.
- Cap. XXII. De Ecclesia S. Mariæ in Vulturella, sive Mentorella Tiburtinæ Diœcesis. 145.
- Cap. XXIII. De Ecclesia Sepulcri Domini sive Dominicæ Resurrectionis Martyrion appellata Hierosolymis. 146.
- Cap. XXIV. De Ecclesia Nativitatis Domini apud Bethlebem. 150.
- Cap. XXV. De Templo Ascensionis in Monte Oliveto, sive Olivarum. 162.
- Cap. XXVI. De Ecclesia in Valle Mambre in Palæstina Provincia. 163.
- Cap. XXVII. De Ecclesia S. Sophiæ Constantinopoleos. 164.
- Cap. XXVIII. De Ecclesia Sancti Irenes Constantinopolis. 166.
- Cap. XXIX. De Ecclesia S. Dyanameos, scilicet S. Virtutis. 168.
- Cap. XXX. De Ecclesia Apostolorum Constantinopolis. 168.
- Cap. XXXI. De Basilica Sancti Agathonici Constantinopolis. 170.
- Cap. XXXII. De Ecclesia Deiparæ. Αχαιοποιήτρια. 170.
- Cap. XXXIII. De Templo Deiparæ in Πισδον, videlicet in Virgam Constantinopoli. 170.
- Cap.

Imprimatur,
Si videbitur Reverendis. Patri Sac. Pal. Apostol. Mag.
Stephanus Joseph Menattus Episc. Cyrenen. Vicesg.

Imprimatur.
Fr. Thomas Maria Ferrari Ordinis Prædicatorum Sac. Pal. Apost.
Magister.

P A R E R G O N .

Cap. XLV. De Templo & Altari. 175.
Cap. XLIV. De Templo & Altari. 174.
Cap. XLIII. De Ecclesia & Altari. 173.
Cap. XLII. De Ecclesia in Agali. 172.
Cap. XL. De Altari & Templo. 170.
Cap. XL. De Altari & Templo. 170.
Cap. XL. De Altari & Templo. 170.
Cap. XL. De Altari & Templo. 170.
Cap. XL. De Altari & Templo. 170.
Cap. XL. De Altari & Templo. 170.



JOANNIS CIAMPINI
ROMANI
MAGISTRI BREVIUM GRATIÆ
AC IN UTRAQUE SIGNATURA REFERENDARI.

D E

SACRIS ÆDIFICIIS
A CONSTANTINO MAGNO
CONSTRUCTIS.

SYNOPSIS HISTORICA.

CAPUT I.

Conversionis Magni Constantini Imperatoris, ad Christianam Religionem, brevissima enarratio.



PRÆTISSIMUM tempus advenerat, quo humani generis Redemptori, militantis Ecclesiæ navem, pretiosissimo suo sanguine fundatam, Apostolorum præconiis elatam, Martyrumque sanguine illinitam, post varios turbines, variasque tempestates, ad optatæ quietis portum reducere tandem placuit. Quare glo-

riosissimum Principem de tota Christiana Republica optimè meritum, Magnum illum Constantinum Romanorum Imperatorem, in lucem emisit, ut suâ summâ pietate, suâque maximâ religione, Christiano Orbi pacem daret, Fidelesque securos portus, atque asyla, in quibus divinus cultus, divinæque laudes Deo omnium Creatori persolverentur, haberent. Præclara igitur tanti Principis facinora, quæ licet à Scriptoribus indicata sint, tamen sparsim inveniuntur, ut ea piis Fidelibus notiora fiant, in unum colligemus, Procopii celeberrimi Scriptoris exemplo adducti, qui Sacra Ædificia à Justiniano Imperatore constructa (sicco tamen calamo) descripsit,

A

psit,

psit, hæc nos copiosiori calamo, pro viribus describemus.

Antequam tamen hisce enarrandis nos accingamus, nonnulla de hujus inclyti Imperatoris vitâ, quæ ex Eusebio Cæsareæ Episcopo delibavimus, præmittere volumus, ut tanti Principis erga Christianam Religionem, præcipua gesta, magis magisque innotescant.

Cùm Constantius Constantini Pater, ut narrat laudatus Eusebius, Christianos à Diocletiano, & Maximiano persequi in mandatis haberet, illis parere minime voluit; simulans se falsos colere Deos, ac illos, qui sacrificare parati se ostendebant, à servitio expellebat; illos verò, qui Christianos se esse profitebantur, in palatio magnû erga ipsos amorem ostendens, retinebat. Post verò Diocletiani, & Maximiani Imperii abdicationem Augustus renunciatus est. Ex tanto Viro dignissimus filius Magnus noster Constantinus procreatus fuit, qui etiam ad regendas Imperii habenas vocatus; statim de Britanniis, ac Barbaris victoriam reportavit. Romam à Maxentii Tyrannide liberare decrevit, falsamque Gentilium Religionem detestans, veram Christianorum amplexatus fuit. Quamobrem cum Christianorum Deum orasset; Hic ei visionem in Cœlo sub meridiem ostendit. Crucem videlicet lucidam, cœlestibus characteribus insignitam, victoriam promittentem, si illâ uteretur in bellis. Divino monito Cæsar illicò obtemperans, fabricato vexillo ad Crucis formam, quod Romani Labarum vocabant, magnam de Maxentio Tyranno victoriam reportavit. Urbem ingressus statim propriam statuam, hastam longam, in Crucis formam, præ manibus tenentem, in celeberrimo Urbis loco,

cum hac inscriptione poni iussit.

HOC SALVTARI SIGNO QVOD
VERAE VIRTVTIS ARGVMENTVM
EST VESTRAM VRBEM
TYRANNICAE DOMINATIONIS
IVGO LIBERATAM SERVAVI,
SENATVI POPVLOQVE ROMANO
IN LIBERTATEM ASSERTO
PRISTINVM DECVS NOBILITATIS,
SPLENDOREMQVE RESTITVI.

Hoc primum Christianæ Religionis publicum trophæum, jure appellare possumus. In hunc igitur modum Dei amantissimus Imperator (inquit laudatus Eusebius) Crucis confessionem præferens, Filium Dei Romanis liberè, atque ingenuè prædicavit, & cuncti, qui Urbem incolebant, tam Senatus, quàm populus, utpote ab acerba, & tyrannica dominatione liberati, respirare quodammodo & purioris lucis radiis perfrui sibi videbantur, atque in novam quamdam vitam renasci. Gentes quoque universæ quotquot occidentali Oceano terminabantur, pristinis malis liberatæ, festos dies omni cû hilaritate celebrârunt, Constantinum victorem, Dei amicum, de omnibus benemeritum, continuis laudibus prædicantes. Eum cuncti, in commune bonum, Dei benignitate, humano generi donatum, uno ore, atque unâ voce testabantur. Porrò ipse Imperator Ministros Dei à se convocatos, omni obsequio, atque honore prosequeretur. Eos utpote Deo, quem colebat, consecratos; non verbis modò, verùm etiam factis humaniter excipiens, secumque ducens, quocumque iter faceret, Deum sibi fore propitium ob id pro certo habens. Quin etiam Ecclesiis Dei plurima ex thesauris suis beneficia subministravit;

par-

partim Sacras Aedes restaurans, & in sublime erigens, partim angusta Ecclesiarum Sacraria plurimis donariis exornans. Quæ omnia, ut feliciter, atque juxta vota evenirent, ad ipsum Eusebiū epistolam dedit, quā ut iis incumberet, quā vehementissimè jubebat. Illam libet apponere.

Cum usque ad hanc diem impia præsumptio, & tyrannica violentia ministros Servatoris nostri sit persecuta, pro certo habeo, planèque mihi ipse persuadeo, omnium Ecclesiarum ædificia, aut per incuriam corrupta, aut præ metu ingruentis temporum iniquitatis minùs honorificè exculta esse, Eusebi frater charissime. Nunc verò cum libertas restituta sit, & draco ille, providentiā quidem Dei Optimi Maximi, ministerio autem nostro à Reipublicæ administratione submotus; equidem existimo divinam potentiam omnibus clarissimè innotuisse, & eos, qui seu metu, seu incredulitate aliquid peccaverunt, agnito illo, qui verè est, ad rectam, ac veram vivendi rationem esse redituros. Quotquot igitur Ecclesiis, aut ipse præes, aut alios in singulis locis præsidentes Episcopos, & Presbyteros, ac Diaconos nōsti; cunctos admone, ut in opera Ecclesiarum omni studio, ac diligentia incumbant: quo aut reparentur, quæ adhuc manent, aut augeantur in majus; aut sicubi usus postularerit, novæ edificentur. Quæcumque autem necessaria fuerint, & ipse, & reliqui alii tuo interventu, tum à Præsidibus Provinciarum petent, tum ab officio Præfecturæ Prætorianæ. His enim per literas præceptum est, ut omni diligentia iis, quæ tua sanctitas dixerit obsequantur. Divinitas te servet, frater charissime.

Ex supra relatæ Epistolæ tenore, poteris benigne Lector colligere; jam an-

te Constantini tempora fuisse Deo ædificatas Ecclesias, quod à Neotericis, ac à vera Religione alienatis fratribus indubium revocatur; quodque etiam demonstravimus in nostro opere *Veterum Monim.* par. 1. cap. 17.

Libet igitur his, pro hujus piissimi Augusti coronide, veterem addere inscriptionem, quæ Emeritæ in Hispania legitur, & à Grutero pag. 159. num. 4. refertur, cujus est tenor.

IMP. CAES. FLAVIVS
CONSTANTIN. AVG:
PACIS. ET IVSTITIAE
CVLT. PVB. QUIETIS
FVND. RELIGIONIS
ET. FIDEI. AVCTOR
REMISSO. VBIQVE
TRIBVTO. FINITIME
PROVINC. ITER
RESTAVR. FECIT
CXIII.

Jam verò ad Basilicas describendas accedamus, in quibus tamen severioris, & exactissimæ chronologiæ calculi minimè servari possunt, cum in hac potissimum parte Scriptoribus destituamur, atque ideo chronicum ordinem ex conjecturis elicere oporteat. Quapropter in primis hæc describendæ sunt, quas in Occidente, & præsertim in Urbe excitavit, deinde reliquas, quas in Oriente, at longè breviori stylo prosequemur. Insuper nostram mentē palam facimus, qua in recensendis Ecclesiis in Occidente extructis Bibliothecarium, uti antiquiorem Scriptorem sequi, ordinemque ab eo observatum tenere intendimus; ob id præcipuè, quod is Ordo in Romani Breviarii lectionibus appareat.

CAPUT II.

De Basilica Lateranensi.

PLURIMA, maximaque de Basilica Lateranensi, cunctarum Urbis, & Orbis Matre, & Capite narranda occurrerent; nisi de eâ jam antea prolixû, luculentissimumque tractatum typis mandâisset bon. mem. Cæsar Cardinalis Rasponus, olim ejusdem Basilicæ Canonicus; verum ne prorsus jejunium; famelicumq; Lectorem dimittam, nonnulla tam ex eodem Raspono, quàm ex Panvinii Ms. decerpta, aliaque ab eisdem omissa referre, non importunum est. Ille autem satis nunquam laudati Panvinii Codex ineditus adhuc est, & in celebri cimelio bon. mem. Equitis Caroli Antonii à Puteo, cujus cineres semper venerabor, cujusque laudes calamo solertiori prosequi deberem, propter eximiam, singularemque, in comparandis, ac summo studio servandis iis omnibus, quæ antiquitatem, & eruditionem redolent, sollicitudinem à Majoribus suis egregiis Viris jure veluti hæreditario deductam, & in nobilem virum Equitem Gabrielem filium per manus transmissam; quorum officiosæ humanitati non minimum debet hæc nostra Basilicæ Lateranensis, & inferiùs Vaticanæ descriptio. Quare si alias rependere grates nequeam, publico saltem hoc monumento, meum in eos animum testatum volui.

Prima hæc igitur, perque universum terrarum orbem Basilica celeberrima, sub auspiciatissimo nomine Salvatoris erecta, molis suæ, famæque tam grandis exordia debet Imperatori Constantino Magno, à quo, & Constantinianæ

Appellationem sortita est, licet usitatiore cognomine Lateranensis indigitetur, ab ædibus nobilissimæ olim, & Senatoriæ familiæ, in Monte Cælio surgentibus, è quorum ædificiis hæc Ecclesiarum parens augustissima caput extulit. Sexta gens in Patricios è plebe adscita, ut asserit Fulvius Ursinus de Romanæ Urbis Familiis, Lateranorum cognomen assumpsit. Unde hoc deductum fuerit quærere distulit, licet alii à latere, à quo Urbs lateritia, vel domus; alii verò ab ea corporis parte sub alis, quæ latus dicitur, sumptum existiment. Quidquid de hujus vocis etymo sit, omnium illius gentis primus, hoc usus est Lucius Sextus Sextinus Lateranus, ut apud Panvinium in Fastis Consulibus ad Annum post Urbem conditam 380.

Cis cum L. Aemilio L. F. M. N. Mamerchino Patricio, primus è plebe Consul creatus est. Anno ab Urbe condita 388. Olympiadis 103. ann. 3. eumque Diodorus Lateranum appellat. Ab hoc autem L. Sextio nulla Lateranorum memoria à Scriptoribus facta est, usque ad Neronis, & sequentium Romanorum Imperatorum tempora, Plautii scilicet sub Nerone; Sextilii sub M. Aurelio; sub Severo; Claudii.

De Plautio hæc Tacitus lib. 15. de Pisoniana conjuratione. Anno Urbis conditæ DCCCXVIII. à Christo nato LXVI. Neronis imperantis XI. P. Silio Nerva & Attico Vestino Cofs. *Anneus Lucanus, Plautiusque Lateranus Consul designatus; virida odia (in Neronem videlicet) intulere; Lucanum propriæ causæ accendebant, quòd famam carminum ejus premebat Nero, prohibueratque ostentare, vanus assimulatione. Lateranum Consulem designatum nulla injuria,*

sed

sed amor Reipublicæ sociavit. Et paulò post. Proximam necem Plautii Laterani Consulis designati Nero adjungit, adèd properè, ut non complecti liberos, non illud brevè mortis arbitrium permitteret. Raptus in locum servilibus pœnis sepositum, manu Statii Tribuni trucidatur, plenus constantis silentii, nec Tribuno obiiciens eandem conscientiam.

De Sextilio Laterano Julius Capitolinus in vita Veri Imperatoris. Post Quæsturam (ait) statim Consul est factus cum Sextilio Laterano: cujus electio incidit in annum ab Urbe condita CMXXVI. à Christo nato CLIV. ut placet Setho Calvisio. Hujus Consulatus meminit vetusta lapidea tabula, à Panvinio in præcitato Manuscripto relata.

SEXTILIO LATERANO

AQVILIO ORFITIO COSS.

Licet in Gruterianis inscriptionibus hanc minimè repererim, legi tamen aliam eadem confirmantem pag. 861. num. 2.

CL. BACCHIDI. C. F.

SEX. LATERANVS. ET

AQVILIVS. ORFITVS.

POS.

Claudii Laterani monumentum extare, idem Panvinus asserit, in vetusto marmore Augustæ Vindelicorum, in domo Conradi Peutingerii, quod sic à Grutero refertur pag. 51. num. 1.

MERCVRIO

CVIVS SEDES A TERGO

SVNT

APPIVS CL. LATERANVS

XV. VIR SACR. FAC.

COS. DESIGN.

LEG. AVG. PR. PR.

LEG. III. ITAL.

V. S. L. M.

Hunc Appium Claudium Consulem

fuisse cum M. Mario M. F. Titio Rufino Ann. reparatæ salutis 244. ex Fastis Consularibus deduco.

Lateranorum ædes conspicuas, Augustasque fuisse scribit Juvenalis, qui floruit circa medium secundi sæculi. Hic Satyra 10. inquit:

Temporibus diris igitur, jussuq; Neronis Longinum, & magnos Senecæ prædixit hortos

Clausit, & egregias Lateranorum obsidet Aedes

Tota cohors.

Hujus Poetæ sententiã confirmare videtur Capitolinus in M. Aurelio, de quo sic ait: Natus est Marcus Romæ sexto Kalendas Majas in Monte Celio in hortis, Avo suo, iterum, & Augure Coss. Et paulò post. Educatus est in eo loco, in quo natus est, & in domo Avi sui Veri juxta Aedes Laterani. Quod

Juvenalis, & Capitolinus indicârunt, confirmare videntur duæ inscriptiones, anaglyptico opere in plumbo sculptæ, prope Basilicã Lateranensem An. 1595. repertæ, quæ postea à Fulvio Ursino ejus Ecclesiæ Canonico rerum antiquarum studiosissimo, muro Sacrarum ejusdem Basilicæ in marmore affixæ fuerunt, quarum tenor est.

SEXTI LATERANI

SEXTI LATERANI
TORQVATI ETIAM
LATERANI

Mirum in modum etiam favet conjecturis his, aenea equestris statua, quæ nunc in Capitolii area visitur, quæque per multa sæcula in loco humili, & abjecto prope Ecclesiam Lateranensem stetit, donec Sixtus IV. ut refert Andreas Fulvius lib. 4. p. 75. in sublimi decentique loco posuit. Deinde Paulus

lus

lus III. Summi Pontifices in præcitatam Capitolii aream transtulit. Quæ statua ab antiquitatum studiosis laudatum M. Aurelium, ex collatione cum numisinatibus istius Imperatoris facta, representare existimatur. Retroactis temporibus, quando literæ, bonæque artes ab Italia exulaverant, Constantini statuam denominabant, de qua infra n. 65. dicemus.

Præter supra citatos Ethnicos Scriptores, de Lateranorum ædibus meminit etiam S. Hieronymus in Epitaphio Fabiolæ, cujus hæc verba: *Quis hoc crederet? Ut post mortem secundi Viri, in semet reuerfa, quo tempore solent viduæ negligentes, iugo seruitutis excusso, agere se liberius, adire balnea, volitare per plateas; saccum indueret, & errorem publicè fateretur, ut totâ Urbe spectante Romanâ, ante diem Paschæ, in Basilica quondam Laterani, qui Cæsariano truncatus est gladio, stare in ordine poenitentium.*

Nullum verò è gente Lateranorum, præter Plautium, qui sub Nerone interfectus est, ut jam diximus, ab Imperatoribus enecatam legimus. Illius ædes Lateranenses in Cælio fuere Monte; quas inde magnificentius ejus pronepos, aut abnepos Lateranus excitavit, qui Septimio Severo Cæsari acceptissimus, atque in omnibus bellis civilibus, & externis expeditionibus maximo usui fuit, proptereaque summis honoribus auctus, opibusque, ut Sex. Aurelius Victor in ejusdem Severi vitâ testatur: *Benevolentiam, inquit, quò inclinasset, mirabili, ac perpetuâ, ad querendum diligens, (Severum intellige) ad largiendum liberalis: in amicos, inimicosque pariter uehemens: quippe qui Lateranum Chilonem, Amilinum Bassum, cæterof-*

*A que alios ditaret, ædibusque quoque memoratu dignis, quarum præcipuas videmus Partorum, quæ dicuntur, & Laterani. Unde tam Sext. Rufus, quàm Victor in libris, quos de Regionibus Urbis scriptos reliquere, in Regione secunda Celimontana domus Partorû, & Laterani singillatim commemorant. Ab hoc igitur Laterano Severi amico insignes illas Lateranenses ædes factas, siue restitutas fuisse conijcere facilè est. Quarum ædium possessionem, Virili Plautiorum genere fortè deficiente, siue per confiscationem, siue alio quouis casu, Fiscus temporis progressu occupavit. Nam victo, & occiso Maxentio centesimo, ac decimo anno post Lateranum Septimii familiarem in potestate Faustæ Augustæ uxoris Magni Constantini Imperatoris fuerunt, ut tradit Optatus Milevit. lib. 1. contra Donatistas hoc pacto: *Et tamen dati sunt iudices (ab Imperat. Constantino in causa Cæciliani Carthaginè. Episc.) Maternus ex Agrippina civitate, Rethicius ab Augustoduno civitate, Marinus Arelatensis. Ad Urbem Romam ventum est ab iis tribus Gallis, & ab aliis quindecim Italis. Convenerunt in domum Faustæ in Laterano, Constantino III. & Licinio III. Cofs. VI. Non. Octobr. die 6. fer. Nempe Anno Christi CCCXIII. Quo anno quarto Idus Decembris Melchiasdes Papa moriens, successorem habuit in Episcopatu Sylvestrum inter omnes Romanos Pontifices clarissimum, cujus rogatu, ut in Pontificali libro legimus, Imperator Constantinus, qui Romæ per id tempus commorabatur, aliquot magnas Basilicas post hanc Lateranensem construxit; de quibus infra dicemus.**

Idem piissimus Imperator post prodi-

digiosam conspicuæ; & splendidissimæ Crucis in Cœlo visionem, ac memorabilem de Maxétio Tyranno victoriam, perfectè Christo adhærens, ne sua fides operibus bonis vacua censeretur, innumera penè Christianæ Religioni beneficia, maxima quidem, & tanto Principe digna contulit. De quibus vide Eusebium de Vita Constantini lib. 2. cap. 20. & seqq.

Primùm enim plurimas edidit leges, quibus Religionem Christianam adversùs ejusdem hostium vim, & audaciam communivit, & extulit: omnibus dein Urbem incolentibus edixit, ut liberè unicuique liceret Christum colere, quod eousque fuerat interdictum. Postremo Gentilium templis oclusis, prophana sacrificia fieri prohibuit. Quapropter animum ad ingentium Basilicarum, & templorum erectionem convertit, ut in illis Christiani cœtus congregari, Christumque adorare valerent. Multasque sacras ædes per diversas orbis Romani partes, Imperatoriâ magnificentiâ dignas, extrui jussit, pecuniis à Fisco suo in tantum opus erogatis. Igitur circa annum Domini 323. illas magnificas, & egregias Lateranorum ædes, sive ab uxore Faustâ; sive Hactenus à se possessas Beato Papæ Sylvestro, & S. R. E. donavit, publicisque sumptibus eas in magnificentissimam, sub S. Salvatoris D. N. J. C. nuncupatione, Basilicam convertit, quæ ab ornamentis aurea dicta: primum perenne, ac patens Christianæ susceptæ Religionis testimonium fuit. Ac etiam, ab illius fundatore Constantiniana; temporisque progressu à proximo baptismali fonte Ecclesia S. Joannis. Idem Constantinus proximum Palatium, in quo Pontifices per annos mille, & ultra

A habitârunt extruxit; quod postmodum à Xysto V. ob illius vetustatem dirutû, novumque in augustiorem, quæ nunc visitur formam ad Romanorum Pontificum usû, à fundamentis reædificatum, ac præsentis Anno, quo hic imprimitur liber à Sanctissimo Pontifice nunc regnante INNOCENTIO XII. in Pauperum Xenodochium piâ largitione conversum. De eadem Basilica Aurelius Prudentius hæc cecinit carmina, ut Panvinius legit.

*Post hinc ad populum converte oculos
quis in Urbe est*

*Qui Jovis infectam sanie non despuat irâ
Omnis qui celsa scãdit cœnacula Vulgus
Quiq; terit silicẽ variis discursibus atrâ,
Et quem panis alit, gradibus dispersus
ab altis*

Aut Vaticano tumulum sub monte frequentant,

*Quo cinis ille latet genitoris amabilis
obses.*

*Cœtibus, aut magnis Lateranas currit
ad ædes,*

*Unde sacrum referat regali chrismate,
signum.*

Hæc de Basilicæ fundatione. Superesset hîc aliquid de illius structura dislegendû; At cû antiqua, ac primæva Constantiniana, ferale, ac maximè lugubres casus non semel perpeffa sit, proindeque quamplurium Pontificum Romanorû generosa pietas eam iterum, iterumque excitaverit, instauraverit, ordinaritque, nullam ad hæc nœstra tempora sui transmisit memoriam. Quapropter eò me vertam, idque assequi quoquomodo contendam, quod hæc legentibus non non injucundum fore confido. Paucis igitur graviores, præcipuasque ruinas, refectionesque, earumdemque Auctores narrabimus.

Reparatæ salutis annus agebatur
 DCCCXCVII. Pontificatûs fan. me.
 Stephani VII. cum terræ quodam in-
 genti motu magna parietum pars, usq;
 ad peristyliû, latè corruisset: & quamvis
 ipforum ab invicem recedentium rimæ,
 & non exiles hiatus, atque etiam ipsa
 tecti, trabiumque curvatio ruinæ præ-
 via, aliquos annos ante casum commi-
 naretur, Pontificum tamen inventus est
 nullus, qui collabenti Basilicæ opem
 ferret. Cùm enim tum civium, dome-
 sticorumque privatis diffidiis, cum pu-
 blicis aliquot schismatum vexationibus
 miserè præmerentur, jam fatiscentem,
 & ruinofam Ecclesiam fulcire opportu-
 nè, & restaurare neutiquam vacaret.
 Quare brevi (horridum visu, dictuque)
 dilapsa fuit Ecclesiarû omnium Mater,
 Romanorum Pontificum propria, po-
 tissimaq; sedes, informemq; suimet spe-
 ciem, ac triste spectaculum per septen-
 nium præbuit, quo temporis lapsu peni-
 tus destituta, utpote inaccessa jacuit. Ser-
 gius itaque III. anno 907. pacatis, pref-
 sisque discordiarum tumultibus in Pon-
 tificem electus Basilicam Lateranensem,
 a motis ruderibus, à fundamentis reædi-
 ficavit, tectoque, ac parietibus excitatis,
 compaginatisque universa Musiva ope-
 ra prisco reddidit nitore, auxitque. Hu-
 jus reparationis testes habes versiculos
 olim in apsyde, & fronte Basilicæ cha-
 ractere musivo expressos, quos refert
 Rasponus lib. 1. cap. 5. hodieque trans-
 lati visuntur ante januam, quæ in Sa-
 crarii ducit atrium, atque ita se habent.
*Augustus Cæsar totum cùm duceret orbē,
 Condidit hanc aulam Silvestri chrismate
 sacram,
 Jamq; salutifera lepra mundatus abunda
 Ecclesie hic sedem construxit primus in
 orbem*

*A Salvatori Deo, qui cuncta salubriter egit,
 Custodemq; loci pædit te Sancte Joannes.
 Inclinata ruit senio volventibus annis,
 Spes dñi nulla foret vestigia prisca recondi
 Sergius ad culmen perduxit tertius ima,
 Cespite ornavit ingens hæc moenia Papa.*

Ac supra fores in parte Ecclesiæ in-
 teriori, item ex opere musivo hæc car-
 mina legebantur.

*Sergius ipse pius Papa hanc, qui cœpit
 ab imis*

*B Tertius explevit istam, quam conspicias,
 aulam.*

Postea Joannes XII. creatus an. 956.
 eadem in Ecclesia Pontificum extruxit
 Sacrarium, quod Oratorium S. Thomæ
 denominatum fuit.

Canonistarum facilè Princeps Inno-
 centius III. vidit in somnis huic inclytæ
 Ecclesiæ instare ruinam, ac Francisci
 humeris, ne collaberetur sustentari, de
 qua visione uberius scripsit laudatus
 Rasponus lib. 2. c. 13. Non absimilem
 visionem de B. Dominico recitat Theo-
 doricus apud Surium die 4. Augusti.
 Quamobrem ejusdem Ecclesiæ tectum
 idem Pontifex statim restauravit; Tur-
 rim Campanariam, quæ casum, ex-
 cidiumque minabatur, novâ mole ^{Fulcivit}
 Anastasius IV. multis fabricis, ædifi-
 ciisque Basilicam auxit, exornavitque.
 Nicolaus IV. anteriorem, postero-
 remque Basilicæ partes jam ruinofas,
 validissimis repagulis firmavit; quod
 ex sequenti Tabula in apside ejusdem
 Basilicæ è musivis etiam exarata chara-
 cteribus deducitur.

*Tertius Ecclesie Pater Innocentius hora,
 Qua sese dederat somno nutare ruine
 Hanc videt Ecclesiam, mox vir pannosus,
 Et asper
 Despectusq; humerum supponens sustinet
 illam.*

At pater e vigilans Franciscum prospicit,
atque

Verè est hic, inquit, quem vidimus, iste
ruentem,

Ecclesiamq; fidemque feret, sic ille petitis
Cunctis concessis liber, letusque recessit.

Francisci proles primus de sorte Minorū
Hieronymus Quarti Nicolai nomine
surgens,

Romanus Præsul partes circūspicit hujus
Ecclesiæ certâ jam dependere ruinâ,

Ante, retroque levat, destructa reformat,
ornat,

Et fundamētis partem componit ab imis.
Postremò quæ prima Dei veneranda refulsit
Visibus humanis facies hæc integra sistens
Quo fuerat, steteratque situ relocatur
eodem

Præsentiq; statu Deus hæc cōplectere vota,
Quæ tibi persolvit domus hujus ornando
decorem

Serva mirifica cælo, terrâque beatum
Effice, nec manib. tradas hūc hostis iniqui;
Ingrediens populus devotus munera su-
mat,

Quæ bonus hic Pastor dedit indulgendo
benignè,

Et largâ pietate Pater peccata remittens.

Dein Bonifac. Papa VIII. Nicol. IV.
Successor eandem Basilicam in pristinū
nitorem multis fabricis restituit, ut an-
tiqua declarat inscriptio.

Qui fœtidam dedit esca lepram, vivi que
perosam,

Et maculata fides multa cum fece lutosâ
Constantinus ait pueros pietate trucidâ,
Impia lex pietate datur mihi subdere
terram,

Stant Petrus & Paulus, Sylvestri suscipe
normam,

Erectam fidem sanctissimo fonte renatam
Ac per transversos montes, collesque fu-
gatam

A Liberat ille coelis; tenet Urbis Papa
coronam.

Inde prior generosa Mater Basilica præ-
sens.

Facta fuit stabilis, quamvis lacerata per
hostes.

Tandem convaluit, rusticam relinquendo
cateruam:

Papa Bonifacius veniens octavus in eâ,
Auxit, posuit de multis nobile germen,

B Qui nova progenies ipso favente subacti;
Sic fugiant vitium, quod non sciant cave-
re vetusti,

Hi sunt scriptarum custodes Reliquiarū,
Sic sunt Missarum factarum à Deo rerū.

Haec de Basilicæ fundatione, &
Restaurationibus egimus, quibus præci-
pua, providaque munificentia Pontifi-
cum Romanorum enituit. Antequam
igitur ulterius progrediamur, æquum
judicamus, etiam illas à nonnullis piissi-

C mis Imperatoribus factas indicare, qua-
rum sive ob Scriptorum inopiam, vel
eorundem sterilitatem, sive ob aliam
causam periit memoria. Non defuere
tamen præterito seculo plurima argu-
menta, quæ tantorum Imperatorum
pietatem erga hanc sacrosanctam Basi-
licam docuerunt. Nam in demoliendis
quibusdam Aulæ Lateranensis pervetu-
stis, ac penè collabentibus parietibus,
complura antiqua, diversis in locis nu-
mismata fuerunt inventa, ex auro purif-
simo obryzo confecta, in quibus ab una
parte salutiferum Crucis signum, aut
imago aliqua, eadem Cruce insignita,
cernebatur; ex altera verò vultus, ef-
figiesque diversorum veterum Impera-
torum, nimirum Theodosii senioris,
duorumque filiorum ejus, Arcadii, &
Honorii, necnon Theodosii Junioris,
Valentiniani III. Marciani, Leonis,
Justini, Justiniani, Tiberii, Mauritii,

D

Phocæ, & Heraclii, qui etsi longo intervallo disjuncti, Basilicam hanc donariis, & oblationibus quamplurimis, pietate Christianâ, & Augustâ munificentiam dignis cumulaverunt; diversisque, atque novorum ædificiorum constructionibus, aut veterum instaurationibus pro temporum varietate ornârunt, ut expressè indicavit sanct. mem. Xystus V. in sua Constitut. in Bullario sub num. 73. quæ incipit: *Laudemus*, &c. super eisdem numismatibus edita.

Peculiarem ejusdem Ecclesiæ descriptionem omittimus, cum ad præsens à recenti restauratione à san. mem. Innocentio Papa X. factâ, immutata sit, ut antiquæ faciei nullum appareat vestigium. Recordor tamè cum adhuc adolescens essem me illam ad eandem similitudinem, & formam vidisse, ut ad præsens visitur Ecclesia B. Pauli, cum quinque interioribus porticibus, sive ut vulgò appellantur navibus, quarum media, sive major, magnis ex Aegypto marmore columnis distincta erat, reliquæ verò quatuor ex Charistio, sive viridi marmore, quod hodie in magno habetur pretio, ac ex illis nonnullæ expolitæ, fuerunt positæ in illis thecis statuariis, sive loculamentis, quæ in eadem magna porticu ad ornatum fabrefactæ fuere, quæque columnæ magnam præferunt pulchritudinem.


Ne diutiùs modò divagemur; ratio exigit, ut ad singulares Ecclesiæ partes nos convertamus. At quoniam à digniori, nobiliorique loco semper est inchoandum, ab ejusdem Ecclesiæ facie, quæ Orientem respicit, ubi Regia est janua, initium sumimus.


Hujus Ecclesiæ facies qualis antiquitus fuerit, penitus latet, & quamvis omnem curam, omnemque sedulitatem

ad illam expiscandam adhibuerimus. Post nonnullos tandem annos, præter spem, ac inopinatè sub oculos venit recol. memoriæ Martini V. Summi Pontificis numisma à R. P. Claudio du Molinet in sua Historia Numismatum Summorum Pontificum, relatum. In hoc ipsius Ecclesiæ facies apparet, non illa antiqua à nostro Imperatore constructa, sed illa, ut asserit Ugonius in suis Stat. Urb., à Nicolao IV. Sum. Pontifice à fundamentis excitata, musivoque opere cum adjecta Porticu ornata. Illius faciem nihilominus afferre ducimus, ut curiosus Lector magis sibi indulgere valeat, cujus exemplar est.



Recentiorem verò ejusdem Ecclesiæ faciem, prout ad præsens visitur, ostendimus in annexa Tabulâ I. cujus descriptio sequens est. Porticus contignatio sex magnis columnis innititur, tribus puris, totidem striatis, cum capitulis Doricis. A sinistro latere ingredientium crassa è marmore parastrata est, quam tres alii sequuntur arcus, duabus minoribus suffulti columnis, prout in eadem Ortographica Tabula demonstratur. Peristylum, & corona è Pario marmore sunt. Zophorus verò sat eleganter tessellis compactus, in quasdam areolas, sive lacunas distinguitur, inter quas












fig. 9



quas jacent versicolorum, nec ignobilium marmorum orbiculi crustis conspicui. In iis autem areis, spatiisque lapillis minutissimis expressæ sunt adeo parvæ, & exiles figuræ, ut incognitæ penè sint intuentibus; nedum promiscuis Ecclesiam introeuntibus turbis, quibus inobservatæ penitus negliguntur; verùm etiam illis, qui peculiari quodam dulcissimo genio in eruditæ antiquitatis studio versantur. At injuriâ temporum factum est, ut quædam ex illis, vel in totum corrosæ deciderint, vel maximâ sui parte mutilæ sint, & in dies cadant. Quod ego non leviter dolens, quæ fatis conspicuæ sunt, & aliarum casui superstites, delineare, & hic spectandas, ut in Tab. II. explicandasque apponere, mecum eò satius duxi, quòd à nullo, qui de hac augustissima Basilica scripserit, ne leviter quidem fuerint indicatæ.

In prima igitur ejusdem Tabulæ II. figura quatuor naves, veterum Romanorum more compactæ, visuntur, easque referunt, quibus Romana classis ad Hierosolymæ excidium transfretavit, Vespasiano Duce, ac Tito ejus filio Legato, ut sub eadem fig. I. Pario marmori incisus versus hic docet.

Naves Romani Ducis hæ sunt Vespasiani

Qua de expeditione, ejusque causis, inter alios quam plurimos eam disertè, ac prolixè tradentes, audi Svetonium in Vita Vespasiani: *Percrebuerat Oriente toto vetus, & constans opinio; esse in factis, ut eo tempore Judæa profecti rerum potirentur. Id de Imperatore Romano, quantum eventu postea paruit, prædictum Judæi ad se trahentes, rebellarunt, cæsoque Præposito, Legatum insuper Syriæ consularem, suppetias ferentem, raptâ aquilâ fugaverunt. Ad hunc motum*

A *comprimendum cum exercitu ampliore, & non instrenuo Duce, cui tamen tutò tanta res committeretur, opus esset, ipse potissimum delectus est, ut & industria expertus, nec metuendus ullo modo ob humilitatem generis, & nominis. Aditis igitur ad copias duabus legionibus, octo alis, cohortibus decem, atque inter Legatos majore filio assumpto; ut primùm Provinciam attigit, proximas quoque convertit in se.*

B II. Figura ostendit viros duos, alterum quidem sedentem, & alloquentem, alterum hastatum, & stantem: ac prior fortasse Titus est, ad Antonia turris expugnationem cohortes impellens, ut opportunè nos docet Joseph de Bello Judaico lib. 7. cap. 4. ubi inquit: *Titus autem militibus suis imperat Antonia fundamenta diruere, facilemque ascensum cuncto exercitui preparare.*

C Stantis enim, & hic à tergo Viri altè surgit Antonia turris, præcipuum Hierosolymorum præsidium; cujus cum apud Viros politioris eruditioris non infrequens mentio habeatur, & in hac tabula non adamussim delineatur, libuit graphicam ejusdem descriptionem afferre ex eodem Josepho lib. 6. cap. 6. ubi sic: *Ceterum Antonia in angulo quidem duarum porticum sita erat prioris templi, quæ ad Occidentem, Septentrionemque spectarent, in saxo autem fuerat constructa quinquaginta cubitis alto, & undique prærupto: quod opus Herodis Regis fuit, ubi maximam ingenii sui magnificentiam demonstravit. Primum enim à radicibus saxum ipsum levibus crustis obtegebatur, quo & decus adderet operi, & facile dilaberentur, qui vel ascendere, vel descendere tentavissent. Deinde ante turris ædificium murus erat cubitorum trium. Intra hunc omne spa-*

tium Antonie in quadraginta cubitos A erigebatur. Intus autem Regia latitudinem, ac descriptionem habebat divisam in omnem usum habitationis, & speciem, idest Atria, Balnea, & Aulas castris aptissimas, ut quantum ad usum pertinet civitas videretur; magnificentiam verò palatium. Instar verò turris toto habitu formata quatuor aliis per angulos turribus jungebantur, quarum cetera quinquaginta cubitis erant altæ; quæ verò ad Meridianum, Orientalemque angulum B sita erat, septuaginta cubitis eminebat, ut ex ea totum templum videri posset. Quæ verò porticibus cingebatur utrinque descensus habebat. Unde &c. De hac eadem Turri differit etiam Jacobus Jehuda Leo in suo tractatu de Templo Hierosolymitano lib. 4. cap. 2.

In suprema autem tabulæ hujus ora, Romana conopæa, & castra disposita sunt, ut obsidionem, & oppugnationem C prædictæ turris hinc designari noscamus, quod adhuc versiculo confirmatur, figuris subjecto, qui sic: *Regia nobilitas hic obsidet Israelitas.*

In III. magnum Constantinum habes, qui B. Sylvestro Pont. Opt. Max. jura largissimè indulget, & ad Pontificiam dignitatem, decusque asserendum insignia, necnon latè patentem possessionem per totam Italiam, aliasque Provincias liberè elargitur. Quæ D omnia fusè connumerantur in Capite Constantinus distin. 96. & innuit alius versiculus infrapositus, nempe.

Rex in Scriptura Sylvestro dat sua jura.

IV. verò Musiva tabella, quæ temporis injuriâ corrosa est, Baptismum Constantini representat, ut versus tabellæ suppositus ostendit.

Rex baptizatur, & lepræ sorde lavatur
Scio ab aliquibus disceptari de loco

tempore, & ministro Baptismi nostri Cæsaris; sed cum hæc quæstio valdè agitata sit, hincque non agatur nisi de ædificiis, illius examen aliis relinquimus; solummodo contenti asserere hoc nostrum emblemata pervetustum esse, & illum qui hoc depingendum curavit, ab antiqua traditione, aliisque hujus Ecclesiæ antiquis monumentis, quorum nonnulla refert citatus Rasponus, causam desumpsisse. Quanti autem momenti sit antiqua traditio, Eruditi satis noscunt. In hac antiqua traditione annumerandum est labrum, in quo noster Cæsar baptizatus fuit. Labrum istud ex lapide Ægyptio vulgò *Basalto* est magni pretii; consuêvere enim Imperatores aliique Romani Magnates propriis in Palatiis similia habere labra, in quibus lavabantur, quorum multa adhuc visuntur per Urbem, pretiosiora ad Sanctorum recondenda corpora; ut in Ecclesia S. Bibianæ, & alibi; alia verò in fontium usum fuere conversa, ut in platea Farnesiana ubi duo magna extant.

V. Beati Joannis Baptistæ, Domini nostri Jesu Christi Præcursoris, necnon hujus inclytæ Basilicæ Patroni, eadem luctuosissimam exprimit, qui ab Herode incesto, ac ebrio cervicem Licitori dare jussus est, ut scilicet caput augustissimum, in Saltatriculæ impudentissimæ donum cederet; quam cædem, ejusque causam luculenter exequitur Marcus cap. 6. qui tandem hæc addit: *Sed misso Spiculatore præcepit afferri caput ejus in disco, & decollavit eum in carcere, & attulit caput ejus in disco, & dedit illud puellæ, & puella dedit matri suæ.*

VI. B. Sylvestrum exhibet, qui Draconem rupis Tarpejæ radices, omnemque circumjacentem viciniam halitu pesti-

pe stilentem vastantem, imperioso, ac validissimo signo Crucis occidit; cui historiarum ceterò quin veraci, si gravissimis Auctoribus standum est, qui eam ad Posteris, non ut imponerent, ac luderent, transmisere, plurimam fidem, fabulæ superadditæ detraxerunt. Quare Baronium adire ne pigeat ad an. 374. n. 67. & seqq.

VII. Quæ nè dimidia quidem sui parte sana est, atque unicam modò è duabus figuris integram offert, sedentem, ut vides, & diademate insignem, ac superiori in tertia tabella delineatæ persimilem, Beatum Sylvestrum representare posse conicio. In hac figura observatione dignam existimo Cathedrâ, in qua iste Pontifex sedet, quæ persimilis est Cathedræ D. Petri, quæ adhuc in Vaticana asservatur Basilica, de cujus identitate eruditum scripsit Tractatum bon. mem. Franciscus Maria Phœbeus Cæremoniarum Magister, deinde Archiepiscopus Tarsensis. Plura præterire consultius est, cum nec ab illa quid certum, ac utile haurire valeamus, nec ab aliquo versiculorum qui, si priores quatuor areolas excipias, desiderantur: absumptâ videlicet fasciâ marmoreâ, in qua fuerunt cælati, ac alia simplici, & prorsus levi suffectâ.

VIII. Et ultima, quæ itidem est corrosa Apostoli, & Evangelistæ Joannis alterius Ecclesiæ Patroni cruciatus exhibet, quibus sævissimo Domitiani jussu, secundâ post Neronianam procellam persecutione, in Christifideles excitatâ, tortus est ante portam Latinam, juxtâ quam surgit ædicula orbicularis æneæ ollæ custos, in quam oleo ferventissimo exæstantem immisus, ac inde incolumis extractus fuit. In hac ipsa ædicula, ac interiori pariete supra

A portam vetus est inscriptio, quæ quidquid inibi Apostolus passus est metricè docet, ita:

*Martyrii calicem bibit hinc athleta Joânes
Principii Verbum cernere qui meruit.
Verberat hinc fuste Procôsul forfice, tōdet,
Quem fervens oleum ledere nō valuit.
Conditur hic oleum, dolium, cruor, atque
capilli,*

Quæ consecrantur libera Roma tibi.

B Verùm hac in figura nonnisi injuriosam capillorum tonsuram, & sævam verberationem habemus. Cætera fortè cruciatuum genera in areolis, quæ sequuntur exprimebantur, quæ modò antiqui decoris nihil omninò servant, sed partim laceræ, deciduæque horrescunt, partim verò penitus lapsæ, calce obductæ sunt, veluti etiâ plurimæ in superioribus, quas exhibuimus, interjectæ.

C Infra has figuras in peristylii fascia, palmaribus characteribus incisi leguntur hi versus, ut in eadem Tab. I. designati apparent,

Dogmate Papali datur, ac simul Imperiali,

Quod sum cunctarum mater, Caput Ecclesiarum

*Hinc Salvatoris cœlestia regna datoris
Nomine sanxerunt, cum cuncta peracta
fuerunt.*

*Sic sumus ex toto conversi supplice voto
Nostra*

D Quæ ultima tria verba in sinistra porticus facie leguntur, cætera verò recenti contigua mole palatii (cujus auctor Xystus V.) legi penitus prohibentur. Suppleri tamen possunt, sicque ex Manuscripto Joannis Diaconi, qui eadem refert, ut recentiores præteream, restitui.

Nostra quod hæc ades tibi Christe sit inclinata sedes.

Eandem autem supra porticum in Basilicæ fronte, extitisse fenestram rotundam scribit Panvinius, quam oculum vocant, ac in ea Christi imaginem ex Musivo, picturasque quasdam exolescentes ab utroque latere.

In hujus rotundæ fenestræ intima peripheria, quæ in allata Tab. I. lit. A. superimpositum adhuc cernitur quadratum antiquum, & nî fallor ex muro constructum à quolibet latere, ut præbet aspectus palmorum quinque, in cuius plana superficie depicta est perantiquo Musivo opere imago Christi Salvatoris, eamque à Panvinio superius adductam conjecturare facilè est: unde & Christi caput inibi insertum illud idem esse autumo, quod solers Panvinius tradidit. Ejusdem Salvatoris figuram in ampliori forma expressam habes in Tab. II. fig. 9.

Orientalem Ecclesiæ faciem hucusque descripsimus. Antequam verò eandem ingrediamur Ecclesiam; operæ pretium poscit, Ichnographicam Tabulam exponere, ut singulares ejusdem Ecclesiæ, aliorumque illi adjacentium ædificiorum partes perscrutemur. Tabulam refero sub num. III.

1. Primus in ea expressus numerus enarratam porticum designat.


2. Oratorium S. Thomæ appellabatur, quod à San. Mem. Joanne PP. XII. constructum, Sacrarii vicem præbebat; quoniam in eo Pontifices cum Episcopis Cardinalibus, & aliis Cleri ordinibus sacras induebant vestes, ut antiqua docet pictura, quæ supra ejusdem Sacelli januam extabat, cujus exemplar habes in Tab. IV. quod mihi communicavit præmemoratus D. Eques Carolus Antonius à Puteo, ac in aliquo ab illo, quem affert Emin. Purpuratus Ra-


sponus differt, genuinumque existimo, cum omnes clericali coronâ insigniti; quod in Rasponi exemplari non cernitur, cum sint comati. Ulterius extremitates Dalmaticæ, ac Camisæ, quæ manus respiciunt, unionibus sunt ornata, utpote etiam Pontificis collum, qui se Casulâ, sive Planetâ induit, gemmis est ornatum: pari modo Presbyteri collum, qui librum tenet eisdem gemmis ornatum cernitur. Item Pontificiæ Casulæ textura Gammadiis distincta est, videlicet nonnullis signis Γ , idest Gama Græcum denotantibus, quæ inter se ita sunt disposita, ut Crucem referant. Plura de Gammadiis si cupis, vide caput 13. nostri operis de *Veteribus monumentis* part. 1. & Macrum in Hierolexico, ac voce *Gammadia*.

In hoc eodem Oratorio, sive Sacrario quatuor columnæ muro inclusæ Cerant, in quarum Zophoro scribit Rasponus lib. 1. cap. 14. sequentem inscriptionem insculptam fuisse.

HIC LOCUS OLIM SORDENTIS
TVMVLI SQVALLORE CONGESTVS
SVMP TV ET TE DOMINE
TANTA RVDERVM MOLE SVBLATA:
QVANTVM CVLMINIS
NVNC VIDETVR AD OFFERENDVM
CHRISTO DEO MVNVS
OR.....

Duo in hac inscriptione observo: primum quo ad sensum, ac etiam quo ad voces, eandem esse, ac illam infra allegandam in Lateranensi Baptisterio. Quare valde dubito, an utriusque loco, vel unico tantum applicanda sit. Secundum mendosam animadverto esse, eamque sic legendam puto. *Hic locus olim sordentis tumuli squallore congestus, sumptu Joannis Pape XII. & te juvante Domine tanta ruderum mole sublata, quan-*







pag. 14.

Principes Apostolorum, aliique deinde Summi Pontifices, & Martyres usi sunt, & quod S. Sylvester hic, in Basilicæ consecratione collocavit. In eo solus Romanus Pontifex sacra celebrat mysteria, & tantum permissum erat Episcopis per hebdomadam celebrantibus sacra peragere. Admiratione dignum videtur; cum tot ruinis obnoxia fuerit, & tot incendiis conflagraverit hæc Late-

odorem suavitatis. Nunc hæ columnæ in altari visuntur, in quo Sacrosancta servatur Eucharistia illuc translata à san. mem. Clemente VIII. De his vide Rasponum.

18. Navis transversa.

19. Apsis & Pontificia Sedes. In hac apside infra scriptos versus, cum infra scripta inscriptione olim extitisse, narrat Panvinius, quos vetustate oblittera-

teratos, ac ex Archivo Basilicæ defum-
ptos sic refert.

*Aula Dei hæc similis Synai sacra jura
ferenti,*

*Ut lex demonstrat, hic que fuit edita
quondam*

*Lex hinc exiit mentes, que ducit ab
imis,*

Et vulgata dedit lumen per climata secli.

*Flavius Constantius Felix. Victor
Magister utriusque militiæ Patricius,
& Consul Ordinarius, & Padusia illu-
stris foemina ejus uxor Voti compotes de
suo fecerunt.*

Fuit verò hic Constantius, qui po-
stea Padusiâ uxore mortuâ, secundam
duxit Placidiam Imperatoris Honorii
sororem, ex qua Valentinianum I. Im-
peratorem suscepit, qui ab Honorio so-
rorio Cæsar creatus, haud diu supervixit.
Hic obiter cum omni reverentia adno-
tandum Eminentiss. Rasponum lib. I. C
cap. 4. malè accepisse vocem Felicis,
pro nomine proprio substantivo, cum
sit adjectivum, scilicet Epitheton deno-
tans felicitatem, quam Flavius Con-
stantius sortitus est in suis bellicis acti-
bus, de quo Sozomenus Histor. Eccles.
lib. 9. cap. 16. scribit virum fuisse stre-
num, & rei bellicæ peritissimum. Is
qui Constantini Tyrannidem extinxe-
rat. Quare Honorius Imperator ipsius
virtutem remunerare volens, sororio
conjugio, nempè Placidia, & purpurâ,
ac diademate, imperii que consortio ho-
noravit. Verisimile est ipsum Flavium
Constantium, dum bellum gerebat, cum
uxore sua Padusia pro felici belli exitu
votum emisisse de supradicta construenda
apsida, postea impetrato beneficio pro
voti solutione illam construxisse: quod
innuere videntur voces, *Voti compotes.*
Defunctâ deinde Padusiâ, Constantius

A duxit Placidiam, ut opinatus est Pan-
vinius, cujus sententiam probabiliorem
existimo. Idem hos assequutus honores
paulò post obiit. Non obstat Rasponi
conjectura, allegantis Chronicon
Tyronis, sive Prosperi Aquitanici,
ubi narratur Felicem, Florentio, & Dio-
nyfio Cofs. ad Patritiam dignitatem
promotum; ac Theodosio XIII. & Va-
lentiniano III. Cofs. cum uxore sua
Padusia, opera Aëtii interemptum fuisse;
quia licèt hic nominetur Padusia,
non est tamen illa uxor Flavii Constan-
tiii, quod erat explicandum, sed conjux
Felicis, de quo Felice nulla mentio fit
in supradicta inscriptione, cujus oblitus
est ipse Rasponus. Hanc eandem inscri-
ptionem refert Gruterus ad pag. 1076.
num. 2. in aliquibus immutatam sub
hac forma:

FL. FELIX. V. C. MAGISTER
CVTRIVSQUE. MILITIAE
PATRICIVS ET. CONS. ORD. ET.
PADVSIA. EIVS. INL. FEMINA
VOTICOMPOTES. DE. PROPRIO
FECERVNT.


Literas V. C. Antiquari legunt Vir
clarissimus. Hæc inscriptio aliquomo-
do faveret conjecturæ Rasponi, sed de
ejus veritate dubito, cum allatam à
Panvinio genuinam existimem, qui
tamquam Scriptor anterior in tempore,
D Grutero, multa ex Archivo Lateranensi
desumpsit, & præsertim supradictam
inscriptionem, ut ipse testatur.

Is Basilicæ Lateranensis absidam è
Musivo exornavit, & alios hos versus
addidit, barbaros quidem, rem tamen
planè explicantes.


*Agnoscant cuncti sacro baptisinate fun-
cti,*

*Quod domus hæc munda nulli sit in
orbe secunda,*

Nam



TAB.V



Nam cum Papalis locus hic sit, & Cathedralis

Primatū mundi meruit; sine lite rotundi.
Contendat nemo secum, de jure supremo,
Omnis ei cedit locus, & reverēter obedit,
Hanc Constantinus in Coelum mente sup-
pinus

Lepra mundatus intus, forisque novatus
Fundavit primus, factum quod in ordine
scimus,

Et series rerum, cogit nos scribere verum
Christi successor primus, fideique professor
Petrus ab hac sede laxavit retia praeda
Clave potestatis recludens, regna beatis.

Quia supra marmoream sedem fe-
quentes aderant.

Hæc est Papalis sedes, & Pontificalis;
Præsides, & Christi de jure Vicarius isti.
Et quia jure datur, sedes Romana voca-
tur,

Nec debet verè, nisi solus Papa sedere,
Et quia sublimis, alii subduntur in imis.

20. Chorus olim Canonorum Re-
gularium Sancti Augustini, qui dictæ
Basilicæ divinis inferviebant. Supra
hunc chorum erat Odeum, ac Orga-
num, at in hoc situ surgit modò alta-
re Sanctissimi Sacramenti.

21. Janua, per quam ad claustrum
dabatur ingressus.

22. Janua, quæ Aquilonem respi-
ciebat à Gregorio XI. constructa, cujus
Orthographiam habes in Tab. V. sub
num. 1. ubi ad latera stabant duo leo-
nes è Pario marmore, qui postmodum
ad celeberrimum fontem, prope Ther-
mas Diocletianas, à Xysto V. translati
sunt. In eadem Ecclesiæ facie, duæ at-
toluntur turres Campanariæ, à Pio IV.
restauratæ, atque ornatae. Hodie tota
hujus Basilicæ facies, præter præfatas
turres, immutata est, cum idem Xystus
ibidem, duas anteriores porticus excita-

verit, in Tab. III. Ichnographica sub
num. 36. indicatas, nempe inferiorem,
& superiorem, unde statis diebus Ro-
mani Pontifices populo benedicerent.
Necnon antiquæ Januæ, duas alias à
lateribus addiderit, & in interiori
parte magnifica organa à san. me. Cle-
mente VIII. cōstructa collocata fuerūt.

23. Porticus ponè Absidem.

B 24. Sepulcrum S. Helenæ, quod
porphiretica arca quadrata est, variis,
anaglypticis figuris ornata, quæ modò
translata est in majorem ejusdem Basi-
licæ porticum. Emblema hujus sepul-
cri habes infra in Tab. XXVIII.

25. Claustrum Monasterii.

26. Monasterium Lateranense, sive
habitatio olim Canonorum Regula-
rium.

27. Ipsius Monasterii pars, necnon
Calterius S. Pancratii.

28. Atrium ante Oratorium S. Ve-
nantii.

29. Porticus S. Venantii, de qua fu-
sè Rasponus.

30. Oratorium S. Venantii; sive
Basilica Theodori, de quo suo loco,
quando de Musivis operibus fermo
erit in nostra secunda parte.

31. Baptisterium Lateranense.

32. Oratorium S. Joannis Baptiste.

De his infra agemus. 33. Oratorium

34. Oratorium S. Crucis ab Hilario
Pontifice ædificatum. Hoc Oratorium
extabat tempore Xysti V. tectumque
ejus concameratum opere Musivo au-
reo elegantissimè depictum erat. Vise-
bantur ad angulos quatuor Angeli, qui
ingentem Crucem sustinebant. Super
absidas, paulò infra testudinem fene-
stræ quatuor per amplæ aperiebantur,
ac in earum interstitiis ex Musivo ope-
re SS. Apostolorum Petri, & Pauli,

C

S. Joan-

*Evangeliste
S. Joannis Baptiste*

S. Joannis Evangelistæ, S. Joannis Baptistæ, SS. Martyrum Laurentii, & Stephani, necnon Jacobi, & Philippi imagines extabant. De hoc Oratorio fusè Rasponus lib. 3. cap. 9.

35. Triporticus ante hoc Oratorium, de qua Bibliothecarius in Vita Hilari Papæ ait: *Hic fecit Nymphæum, & Triporticum ante Oratorium S. Crucis, ubi sunt columnæ miræ magnitudinis, quæ dicuntur hecatonpenta. Lacus, & conchas castriatas duas, cum columnis porphyreticis perforatis, aquam fundentes, & in medio lacum porphyreticum, cum concha assirta in medio, aquam fundentem, circumdatam à dextris, vel sinistris. In medio cancellis æreis, & columnis cum fastigiis, & epistylis undique ornatum ex musivo, & columnis Aquitanicis, & tripolitis, & porphyreticis.*

36. Recens porticus, à Xysto V. constructa, ubi in subjectam, ac latè apertam plateam populo confluenti benedictio, à Summo Pontifice impertitur. Qualis autem fuerit antiqua hujus ædificii facies, habes in Tab. V. num. 1.

37. Locus iste, aula Concilii, ab aliis Patriarchium Lateranense, denominatum fuit, eo quia Palatium, ubi Romani residebant Pontifices, erat, de quo Patriarchio fusè Rasponus lib. 4. cap. 1. In hac igitur aula, octo celebrata fuisse Concilia, idem scribit, Auctor eodem lib. 4. cap. 4. quæ enumerat: videlicet Anno 313. sub Melchiade. Anno 499. 500. & 501. sub Symmacho. Anno 745. sub Zaccharia. Anno 861. sub Nicolao I. Anno 993. sub Joanne XV. Anno 1065. sub Alexandro II. In Ecclesia verò XXV. Synodos habitas fuisse docet laudatus Rasponus lib. 2. cap. 11. eæque sequentes sunt. An. 337.

sub Julio I. Anno 484. sub Felice II. dicto III. Anno 649. sub Martino I. Anno 680. sub Agathone I. Ann. 732. sub Gregorio III. Anno 769. sub Stephano IV. Ann. 861. & aliud An. 862. sub Nicolao I. sub Joanne X. Aliam enumerat Synodum Rasponus, sed inter Labbei Concilia minimè reperio: sub Benedicto verò VIII. Concilium in Lateranensi Basilica celebratum fuisse idem affirmat Rasponus, quod tamen à Labbeo non refertur. Anno 1050. & aliud Anno 1051. sub Leone IX. Anno 1058. sub Stephano IX. An. 1063. aliud Ann. 1065. & aliud Anno eodem sub Alexandro II. Ann. 1078. & aliud Anno 1079. sub Gregorio VII. Anno 1102. sub Paschale II. Anno 1122. sub Callisto II. Generale I. Ann. 1139. sub Innocentio II. Generale II. Anno 1179. sub Alexandro III. Generale III. Anno 1215. sub Innocentio III. Generale IV. Anno 1302. sub Bonifacio VIII. ab Ann. 1511. ad An. 1518. sub Julio II. & Leone X. Generale V. Tria alia Concilia celebrata fuisse in Laterano Panvinius affirmat, ut scribit sæpè laudatus Rasponus, nempe sub Hadriano I. sub Sergio III. & sub Victore II. quæ idem Auctor se minimè reperisse affirmat; neque à Labbeo referuntur. Hujus autem aulæ orthographiam, sive exteriorem faciem, habes Tabul. V. num. 2. Duæ in amplissima hac antiqua fabrica Lateranensi, aulæ Leonianæ appellatæ fuerunt; ista videlicet, atque alia sub num. 50. quarum tamen una major, altera minor erat. Hinc inter eruditos oritur dubium, quænam ex istis major. Panvinius hanc, Alemannus verò in suis *Lateranensibus Parietinis* alteram majorem fuisse asserit. Quæstionem istam Severanus de

septem Urbis Ecclesiis, ac Floravan-
tes Martinellus in *Trophæo Sanctissime
Crucis* pag. 137. dirimere tentârunt af-
ferentes S. Leonem III. duo construxif-
se triclinia, alterum prope locum ubi
nunc sunt Scalæ Sanctæ, cujusque supe-
rest Tribuna musivi operis, ac dictum
majus super omnia triclinia; alterum,
verò prope Ecclesiam, ac appellatum
miræ magnitudinis, fuisseque ubi erat
aula Concilii, & fortasse ipsa aula. Qui
plura cupit citatos adeat Auctores, qui
fusè enarrant historiam.

38. Absis.

39. Interseptum; sive diaphragma,
ubi tres aderant Januæ, quæ Sanctæ di-
cebantur, è Palatio Hierosolymitano
Pontii Pilati transvectæ, ut antiqua tra-
ditio fert, per quas non semel Salvato-
rem D. N. J. Christum, Passionis tem-
pore, transiisse pia verisimilitudo diu
suasit. Hinc apud veteres Christifide-
les usus olim invaluerat, ut à templo
Lateranensi exeuntes, & pergentes ad
aulam per ea limina, religioso pietatis
impulsu, transirent. Plura de his Januis
apud laudatum Rasponum lib. 4. cap. 6.
videri possunt.

40. Altare B. M. V.

41. Pulpitum Bonifacii VIII. sive
Menianum, quod ab ipso Pontifice, ad
benedictionem populo impartendam,
constructum fuerat, ac porrigebatur in
aream, & pro illorum temporum con-
ditione satis elegans erat, utpotè qua-
quaversum depictum, & emblematis
ornatum. In eo sequens legebatur in-
scriptio:

DOMINVS BONIFACIVS PA-
PA OCTAVVS FECIT TOTVM
OPVS PRAESENTIS THALAMI.
ANNO DOMINI MILLESIMO
TRECENTESIMO.

A Ejusdem Meniani orthographiam
habes, in dicta Tab. V. num. 3.

42. Deambulacra Palatii Latera-
nensis, cujus aspectum habes in ea-
dem Tab. V. num. 4.

43. Oratorium S. Sylvestri, celebre
ob plures cæremonias, quæ in eo à
Summis Pontificibus celebrabantur.

44. Situs, ubi extabant Scalæ San-
ctæ; qui in dicta Tab. V. num. 5. indi-
catur. De hisce Scalis Sanctis peculia-
rem Romæ edidit tractatum Joseph
Maria Sorefinus an. 1672.

45. Scalæ Lateranensis Palatii.

46. Interior janua ejusdem Pala-
tii.

47. Porticus Palatii.

48. Vestibulum ante Oratorium,
quod Sancta Sanctorum appellabatur.

49. Oratorium S. Laurentii, super
cujus januam, Musivo opere, ejusdem
Sancti imago expressa erat. Idem deno-
minatur Oratorium Sancta Sanctorum.
De hoc apud Bibliothecarium in vitis
Stephani III. ac Benedicti III. mentio
habetur. Adhuc integrum extat in
summitate Scalæ Sanctæ, illuc à Xy-
sto V. translata. Sacellum habet val-
vas æneas; ædícula est interiùs picta;
testudinem habet lateritiam plumbeis
laminis tectam, pavementum marmo-
reum tessellatum, sedilia undequaque
lapidea, parietes etiam marmoreis ta-
bulis incrustatos; ac unicum tantùm
Altare, sub quo diu jacuerant capita
Apostolorum, ut narrat Panvinus;
ac supra illud imago SS. Salvatoris re-
colitur, multis, & pretiosissimis orna-
mentis aureis, argenteis, & gemmeis
corusca. De hac Salvatoris imagine
eruditè scripsit Benedictus Millinus in
suo Tractatu de Oratorio S. Laurentii
in Laterano, quam Acheropitam no-

minat . Hæc ædicula antiquitùs Romanorum Pontificum peculiare sacellum, seu, ut vocant, Cappella erat.

50. Triclinium Leonis III. de quo nos supra num. 37. fati sumus, quod dicebatur majus super omnia triclinia. De eodem Nicolaus Alemannus peculiarem tractatum edidit, & nos in nostra II. Parte *Veter. Monim.*

51. Oratorium S. Nicolai: Sacellum hoc à Callisto II. inceptum fuisse, sed ab Anastasio IV. absolutum scribunt PP. Henschenius, & Papebrochius in suo conatu Chronico-Historico, ad Catalogum Pontificum, in Vita Paschalis II. Amborum istorum Pontificum effigies, cernuntur in genua inclinata, ad pedes Beatissimæ Virginis, ut videre est in exemplari ab iisdem Auctoribus, loco citato, exhibito. Idem sacellum superest adhuc in ædibus Pœnitentiariorum, ubi nonnullæ antiquæ visuntur picture. Pro Summorum Pontificum vestiario inserviebat, videlicet pro loco, ubi sacra Pontificum indumenta, & cætera Ecclesiastica suppellectilia, ad sacra peragenda, custodiebantur.

52. Aliæ partes Palatii Lateranensis.

53. Situs Palatii à Xysto V. recenter constructi.

54. Locus Pyramidis ab eodem Xysto erectæ.

55. Vestigia Turris Annibaldensis.

56. Vestigia, & situs Bibliothecæ Pontificiæ, utpote etiam vestigia Ecclesiæ S. Angeli, & aliorum ædificiorum prope Basilicam.

57. Via quæ ducit ad portam Capenam, hodie S. Sebastiani.

58. Monasterium B. Bartholomæi, & Andreae, ab Honorio I. Summo Pon-

tifice in sua domo fundatum, ut Bibliotecharius in ejus narrat vita: nunc celebre est Xenodochium.

59. Via ad Amphitheatrum.

60. Via ad Liberianam Basilicam.

61. Via antiqua ad Basilicam Sanctæ Crucis.

62. Via nova ad eandem Basilicam.

63. Locus ubi olim erat Dataria, & habitationes Pontifici inservientium.

64. Aquæ ductus Claudii.

65. Statua equestris M. Aurelii Imperatoris, de qua Panvinius in Manuscripto lib. 4. cap. 8. sic loquitur: *Fuit etiam ibi antiquitus M. Aurelii ænea equestris statua, quam Xystus IV. è sordido loco in augustiorem in area ipsa posuit. Quam postremò Paulus III. in aream transtulit Capitolinam.* Non abs re autem in Lateranensi area diu fuit M. Aurelii equestris statua, cum ipsum in his locis natum fuisse, referat in ejus vita Julius Capitolinus. Hujusmodi statua indicatur in Tab. V. nu. 6.

De hac eadem statua differuimus supra, ferè in hujus capituli initio, ubi diximus etiam Constantini statuam, retroactis seculis, appellatam fuisse. Notitiam hanc, sive potius fabellam ex Cencii Camerarii Ms. desumpsimus, quæ cum sit admodum curiosa, & illius seculi, in quo Camerarius floruit, simplicitatem redoleat, eam prout Auctor iste, paucissimis notus, enarrat, transcribere in Lectoris gratiam ducimus, quæ cap. 37. sic se habet.

Quare factus est Equus, qui dicitur Constantini.

Laterani est quidam Caballus Aeneus, qui dicitur Constantini, sed non ita est, quia quicumque voluerit veritatem cognoscere hoc perlegat. Tempore Consulium, & Senatorum quidam Rex poten-

potentissimus de Orientis partibus Italia venit, ex parte Laterani Romam obsedit, multâ strage, & bello populum Romanum afflixit. Tunc quidam armiger magnæ famæ, & virtutis, audax, & prudens surrexit, qui dixit Consulibus, & Senatoribus: si esset, qui liberaret vos de hac tribulatione, quid à Senatu promereretur? qui respondentes dixerunt: quidquid ipse poposcerit mox obtinebit: qui ait eis, date mihi triginta millia sextertia, & memoriam victoriæ mihi facietis post peractum bellum, & optimum equum; qui promiserunt se facturos quidquid ipse petierat; qui ait, mediâ nocte surgite, & omnes armamini, & state intra muros in specula, & quidquid vobis dixero facietis. Et illi continuo fecerunt imperata, qui ascendit equum sine sella, & tulit falcem; per plurimas enim noctes viderat illum Regem, ad pedem cuiusdam arboris, pro necessario venire; in cuius adventu Cocobaja, quæ in arbore sedebat, semper cantabat; ille verò exiit Urbem, & fecit herbam, quam in fascem religatam portabat ante se, more scutiferi, qui statim, ut audivit Cocobajam cantantem, accessit propius, & cognovit illum Regem venisse ad arborem. Ivit ergo contra eum, qui jam peregerat necessaria; socii, qui erant cum Rege, putabant illum esse suorum, coeperunt clamare, ut ipse auferret se de via ante Regem, sed ille non dimittens propter eos, fingens se de loco abire, junxit se Regi, & pro fortitudine sua illis omnibus spretis, vi arripuit Regem, & portavit eum. Mox cum venisset ad muros civitatis coepit clamare: exite foras & interficite omnem exercitum Regis, quia ecce ipsum teneo captivum, qui exeuntes, alios interfecerunt, alios in fugam miserunt. Un-

A de Romani innumerabile pondus auri, & argenti habuerunt, & gloriosi ad Urbem redierunt, & quod prædicto armigero promiserant persolverunt, XXX. scilicet millia sextertia, & Equum æneum pro memoria deauratum, & sine sella ipso desuper residente, extentâ manu dextrâ, quâ coeperat Regem. In capite Equi memoriam Cocobajæ ad cantum cuius victoriæ fecerant. Ipsum quoque Regem, qui parvæ stature fuerat retrò ligatis manibus, sicuti eum coeperat sub ungula Equi memorabiliter destinavit.

Redargui supra seculi simplicitatem, nam eo tempore non tam difficile erat Constantini numismata, ubi illius erat effigies, cum equestri Viri effigie conferre, ut factum fuit præterito seculo, nam ex hujusmodi collatione statim veritas elucet; etenim in M. Aurelii numismatibus Vir barbatus apparet; è contra in illis Constantini homo imberbis visitur. Et hæc satis dicta, de hac equestri statua.

Summatim perstrinximus, quæ de tam vetusta Ecclesia dicenda erant, duplici ex causa. Primò, quod nostra intentio sit solummodò, de Sacris Ædificiis à Magno Cōstantino constructis, tractare; secundò quòd de hac eadem Ecclesia Panvinius, ac Severanus de septem Urbis Ecclesiis, ac post istos laudatus Eminentiss. Rasponus copioso calamo scripserunt.

Et ut evidentiùs appareat quanta fuerit istius Magni Imperatoris Munificentia, quantaque liberalitas erga sacras ædes ab ipso constructas, ecce brevem narrationem à Bibliothecario in Vita Sylvestri desumptam Donariorum, eisdem ædibus oblatorum, quorum singula singulis, suis locis reponemus.

Donaria à Magno Constantino Ecclesiæ S. Joannis Lateranensis oblata ex Bibliothecario in Vita S. Sylvestri.

Fastigium argenteum battutile, quod habet in fronte Salvatorem sedentem in sella in pedibus quinque pensant. libras 120. Duodecim Apostolos in quinque pedibus, qui pensaverunt singuli libras nonagenas, cum coronis argenti purissimi. Item à tergo respiciens, in Apsida Salvatorem sedentem in throno in pedibus quinque ex argento purissimo, qui pensant libras 140. Angelos quatuor ex argento, qui sunt in pedibus quinque costas cum crucibus tenentes, qui pensaverunt singuli libras 105. cum gemmis alavandinis in oculos. Fastigium ipsum ubi stant Angeli, vel Apostoli pensat libras duo millia viginti quinque, ex argento dolatico. Pharum ex auro purissimo, quod pendet sub fastigio cum Delphinis quinquaginta, quæ pensant cum catena sua lib. 25. Coronas quatuor cum Delphinis viginti ex auro purissimo, pensantes singul. lib. 15. Cameram Basilicæ ex auro trimme in longum, & in latum in pedibus quingentis. Altaria septem ex argento battutuli pens. sing. lib. 200. Patenas aureas septem, quæ pensant singule libras 30. Patenas argenteas 16. pensantes singulas libras 30. Scyphos aureos 7. qui pensant singuli lib. 10. Scyphum singularem ex metallo, corallo ornatum undique de gemmis prasinis & hyacinthinis auro interclusum, qui pensat ex omni parte libras viginti, & uncias tres. Scyphos argenteos viginti pensantes singulos libras 15. Amas ex auro purissimo duas pensantes sing. libras quinquaginta, portantes singulas medemnos tres. Amas argenteas viginti, quæ pensant singule libras decem, portantes singule medemnos singulos. Calices minores ex auro pu-

rissimo quinquaginta, pensantes singulos libras singulas. Calices minores ministeriales 50. pens. sing. libras binas. Ornamenta in Basilica Pharum cantharum ex auro purissimo ante altare, in quo ardet oleum Nardinum pisticum cum Delphinis octuaginta, qui pensant libras triginta, ubi candele ardent ex oleo Nardino pistico in gremio Ecclesiæ. Pharum cantharum argenteum cum Delphinis centum & viginti, quod pensant libras quinquaginta, ubi oleum ardet Nardinum pisticum. Phara canthara argentea in gremio Basilicæ, quinquaginta pens. singula libras triginta, ubi ardet oleum quod supra. Parte dextrâ Basilicæ Phara argentea quinquaginta pens. singula libras viginti. Phara canthara in læva Basilicæ argentea viginti-quinque pens. sing. libras viginti. Canthara cyrostrata in gremio Basilicæ argentea 50. pens. sing. libras viginti. Singularum librarum metretæ tres ex argento purissimo, quæ pens. sing. libras 300. portantes singule medemnos 10. Candelabra aurichalca septem ante altaria, quæ sunt in pedibus 10. cum ornatu suo ex argento, interclusa sigillis Prophetarum pens. singula libras triginta, quæ constituit in servitio luminum, idest massam Garilianam in territorio Sueffano, præstantem singulis annis solidos quadringentos. Massam Muroniam in territorio supra-scripto præstantem solidos trecentos sexaginta. Massam Aurianam territorio Laurentino præstantem solidos quingentos. Massam Urbanam territorio Antiano præstantem solidos 240. Massam Sentilianam territorio Ardeatino præstantem solidos 240. Massam Castis territorio Catine præstantem solidos mille. Massam Trapeam territorio Catinensi præstantem solidos mille sexcentos, & quin-

quingenta. Thymiamateria duo ex A unitate confœderat, ut unus Pastor me-
auro purissimo pensantia libras triginta. ritò, & una dicatur Ecclesia.
Donum aromaticum ante Altaria annis
singulis libras 150.

Pro tantæ Ecclesiæ dissertationis co-
rona, referre operæ pretium existima-
mus, honorificentissimum elogium,
quod posteris reliquit Petrus Damiani
S. R. E. Cardinalis Episcopus Portuen-
sis, qui ob egregiam vitæ Sanctimo-
niam, incomparabilem eruditionem, B
ac disciplinæ Ecclesiasticæ zelum, Hie-
ronymus Junior meritò nuncupari po-
test. Is inquam, in Epistola ad Cardi-
nales S. R. E. hæc scribit: *Lateranen-
sis Ecclesia sicut Salvatoris est insignita
vocabulo, qui nimirum est caput omnium
Electorum, ita Mater, & quidam apex,
& vertex omnium per Orbem Ecclesia-
rum. Hæc septem Cardinales habet Epi-
scopos, quibus solis post Apostolicum, sa-
cro sanctum illud altare licet accedere, C
ac divina mysteria celebrare, &c.* De
eadem rursus ad Cadaloum Schismati-
cum sic scribit: *Hæc igitur ad honorem
condita Salvatoris culmen, & summi-
tas totius Christianæ Religionis effecta
(ut ita dixerim) Ecclesia est Ecclesiarum,
& Sancta Sanctorum. Habet enim in-
trinsæcus Beatorum Apostolorum Petri,
& Pauli diversis quidem locis constitu-
tas Ecclesias, sed sui compage Sacramen-
ti (quia videlicet in quodam nœditullio
posita quasi caput membri supereminet) D
indifferenter unitas. His itaque tam-
quam expansis divinæ misericordiæ bra-
chiis summa illa, & venerabilis Eccle-
sia omnem ambitum totius Orbis ample-
ctitur, omnes, qui salvari appetunt in
materno pietatis gremio confovet, &
tuetur. Hæc Jesus, Summus videlicet
Pontifex, arce subnixus totam in Orbe
terrarum Ecclesiam suam Sacramenti*

C A P U T I I I .

De Lateranensi Baptisterio.

PLURIMA huc usque de inclyta Late-
ranensi Basilica à Christianissimo
Imperatore Magno Constantino ædifi-
catâ brevi complexi sumus: decet mo-
dò, eâdem brevitate servatâ, de Baptiste-
rio Basilicæ adjacenti differere, quod
operis elegantia, & marmorum pretio
insigne, ac speciosissimum est.

Ædificium hoc tam exteriùs, quàm
interiùs octanguli figuram exhibet; in
singulis autem interioribus angulis sin-
gulæ columnæ porphyreticæ assurgunt,
relictò inter columnas, & parietes lato
ambulacro: columnis imminent epi-
styliæ cum zophoro, & parvâ coronâ:
huic incumbit secundus columnarum
ordo numero æqualium, magnitudine
verò minorum cum epistyliis, quæ tan-
dem tecto premuntur. In zophoro,
quod epistylio primi ordinis incumbit,
nonnulli leguntur versus, quos refert
Panvinius de septem Urbis Ecclesiis,
ac in sua Dissertatione de Baptismate
Paschali, & origine, ac ritu consecran-
di Agnos Dei, sed ordine, ut mihi vide-
tur, perturbato videlicet.

*Gens sacrandæ polis, hic semine nascitur
almo*

*Quam fœcundatis, spiritus edit aquis.
Virgineo fœtu, genitrix Ecclesia natos*

*Quos spirante Deo concipit, amne parit.
Cœlorum regnū sperate, hoc fonte renati.*

*Non recipit felix vita, semel genitos.
Fons hic est vita, & qui totum diluit
Orbem,*

*Sumens de Christi vulnere principium.
Mergere peccator, sacro purgande fluente,*

Quem

Quem veterem accipiet, proferet unda novum. A Ad fontem vitæ, hoc aditu properate lavandi

*Infons esse volens, isto mundare lavacro,
Seu patrio premeris crimine seu proprio.
Nulla renascentum est distantia, quos
facit unum*

*Unus fons, unus Spiritus, una Fides.
Nec numerus quemquam scelerum, nec
forma suorum*

Terreat, hoc natus flumine Sæctus erit.

Panvinio consentiunt Baronius, Raponus, & alii, qui à Panvinio transcripserunt. Pace tamen tantorum Virorum crediderim, initium legendi, institui debere, à fronte januæ opposita, & continuato ordine ad dexteram ingredientis, ita recitandos esse.

Gens sacrandæ polis, hic semine nascitur almo

*Quam fecundatis, Spiritus edit aquis.
Mergere peccator sacro purgande fluente,
Quem veterem accipiet, proferet unda novum.*

*Nulla renascentum est distantia, quos
facit unum*

*Unus fons, unus Spiritus, una Fides.
Virgineo foetu genitrix Ecclesia natos,
Quos spirante Deo concipit, amne parit.*

*Infons esse volens, isto mundare lavacro
Seu patrio premeris crimine seu proprio.
Fons hic est vitæ, qui totum diluit orbem,
Sumens de Christi vulnere principium.*

Cœlorum Regnum sperate, hoc fonte renati.

Non recipit felix vita semel genitos.

*Nec numerus quemquam scelerum, nec
forma suorum*

Terreat, hoc natus flumine Sæctus erit.

Hiscæ carminibus, adde alia duo cum annexa inscriptione, quæ à Grutero pag. 1163. num. 11. referuntur, ac Panvinus scriptor cæteroqui eruditissimus non vidit.

Constantis Fidei, janua Christus erit.

Inscriptio.

Hic locus olim sordentis tumuli squalore congestus, sumptu, & studio Christi famuli Hilari Episcopi, juvante Domino tantâ ruderum mole sublatâ quantum culminis nunc videtur ad offerendum Christo Deo munus, ornatus, atque dedicatus est. Verum ex hac inscriptione, & ex Libro Pontificali in vita Xysti III. non mediocre dubium exoritur an Hilarus, an verò Xystus III. hoc Baptisterium, à Constantino inchoatum absolverit; & ornârit? Stat pro Hilario, prædicta Gruteri inscriptio, si Baptisterio applicanda sit, ut pluribus placet; pro Xysto verò stat Liber Pontificalis, ubi in ejusdem Pontificis vita legitur: *Hic (Xystum intellige) fecit in Basilica Constantiniana, ornamentum super fontem, quod ante ibi non erat, idest epystilia marmorea, & columnas porphyreticas erexit, quas Constantinus Augustus congregatas dimisit; ac jussit, ut erigerentur, quas & versibus exornavit.* Discrimen temporis inter utrumque Pontificem est annorum 21. circiter. Nec verisimile videtur, hoc opus ab altero factum, ab altero refectum fuisse. Quomodo enim tam brevi temporis intervallo, potuisset in eam ruinam collabi, quæ instar sordentis tumuli esset, & tanta ruderum copia congeri, ut in molem evaderet? Concordem Libro Pontificali Gruterum reddi posse existimo; si animadvertamus Constantinum juxta antiquorum Romanorum morem, balneum in proprio habuisse palatio, illudque postquam Christianam fidem amplexus fuit in Baptisterii usum converti, ac epistiliis,

liis,

liis, marmoribusque, & columnis porphyreticis ornari voluisse, atque ideò eadem marmora, eundem in locum, ad eundem finem, jussisse adduci: postmodum verò inchoatum opus, quod imperfectum remanebat, absolvi imperasse. Quare Beatissimus, atque magnificus Pontifex Xystus, de Sacris ornandis ædificiis valdè sollicitus, ut testatur Liberiana Basilica, post seculum, hanc Constantini voluntatem executioni mandavit. Præterea absurdum minimè esse puto, si asseram, quòd in tam longa annorum serie, ubi epistylia, aliaque marmora columnæque jacebant, magnam ibi tunc molem aggestam fuisse, partim ex effossis fundamentis, super quibus ipsæ columnæ erigendæ erant, partim aliâ ex causa, ut quotidie in novis fabricis, antequam illæ absolvantur, similes terræ aggeres efformari videmus. Xystus igitur Pontifex columnas erexit, epistylia superimposuit, opus tamen non absolvit. Unde Hilarus paulò post Xysti successor jam aggestam terram, novaque rudera, ex recenti fabrica superaddita exinde amoveri, ac in liberam, nitidamque formam reddi jussit, proptereaque inscriptionem illam, *hic locus olim sordentis tumuli squallore congestus*, &c. absque ullâ dubitatione, ipsi Hilario Pontifici adaptari posse arbitror; præcipuè cum idem Pontifex, hoc in eodem Baptisterio, tria Oratoria, unum in S. Joannis Baptistæ, alterum in S. Joannis Evangelistæ; tertium parum ab eisdem distans, in Exaltationis Sanctissimæ Crucis honorem, ædificaverit, quorum ultimum retroacto seculo, tempore nimirum Pontificat. Xysti V. gloriosissimi Pontificis, ob vetustatem nimiam dirutum

A fuit, in cujus angulis quatuor Cruces variis Musivis operibus ornata visabantur, ut narrat Ugon. in Stat. V. pag. 46. De ambobus prioribus Oratoriis nos disseruimus in nostro Opere de Veter. Monim. part. 1. cap. 26.

Ne autem ullam dubitandi ansam in hucusque narratis relinquamus, cum supra in capite præcedenti retulerimus, in zophoro quatuor columnarum, quæ muro facelli S. Thomæ, seu Secretario Pontificum adhærebant infra scriptam legi inscriptionem, quæ cum illa à Grutero relatâ eadem penè est, videlicet: *Hic locus olim sordentis tumuli squallore congestus, sumptu, & te Domine tantâ ruderum mole, quantum culminis nunc videtur ad offerendum Christo Domino N.....* Quare inter utrasque solummodò ea est differentia, quod in hac desiderantur voces. *Studio Christi famuli Hilari Episcopi jurante*; ideò ad hoc elucidandum dubium responderi posse puto Anastasium IV. qui floruit anno 1153. Porticum ante Baptisterium, tabulis marmoreis, muroque clausisse, duoque altaria ibidem consecrâsse, quare cum in hac porticu, olim ipsæ columnæ, cum zophoro fortasse, ante Baptisterii januam starent, quæ inde amotæ fuerunt, ut amplior redderetur area, quæ in Oratorii usum inserviret; & Dne illarum columnarum, zophorique periret memoria, in ejusdem facelli muro inclusæ fuere, non à Joanne, qui Anastasii Prædecessor fuit, sed ab ipso Anastasio, vel aliquo ex Successoribus, sacrarum antiquitatum studioso.

Nec obstat quod Rasponi inscriptio in præcitis differre videatur, quia diversitas nulla est, sed unius versus mutilatio, qui aut in marmore corro-

fus erat, ut extremæ voces : *ornatus at-*
que dicarus, indicant, vel ab Amanuense
 omisus fuit, ut sæpè accidere solet.
 Rei igitur veritatem assequi impossi-
 bile est, cum nihil impervium tem-
 pori, nihil vetustati non penetrabile,
 nihil non obnoxium, longè ætatis eda-
 citati non sit, ac propterea ab homi-
 num memoria, pristinus rerum status,
 & primæva essentia facilè expungatur.
 Si quis igitur meliores habet conjectu-
 ras, afferat; Nos autem contenti su-
 mus Baptisterium à Magno Constanti-
 no constructum, sive construi iustum
 fuisse asserere, ideòque ad illius dona-
 ria modò descendimus, quæ à Biblio-
 thecario in Sylvestri vita sic recensentur.
Fontem Sanctum, ubi baptizatus
est Augustus Constantinus ab eodem
Episcopo Sylvestro. Ipsum Sanctum Fon-
tem ex lapide porphyretico, ex omni par-
te coopertum, intrinsecus, & foris, &
desuper, & quantum aqua continet, ex
argento purissimo in pedibus 5. qui pen-
savit argenti libras, tria millia, & octo.
In medio fontis columnas porphyreticas,
quæ portant phyalam auream, ubi can-
dela est. pensans ex auro purissimo libras
52. ubi ardet in diebus Pasche balsa-
mmum lib. 200. annexum verò, ex stippa
amianti, in labro Fontis Baptisterii;
Agnum ex auro purissimo fundentem,
aquam, qui pensat lib. 30. Ad dexteram
Agni, Salvatorem ex argento purissimo
in pedibus 5. pens. libras 170. In læva
Agni, Beatum Joannem Baptistam, ex
argento in pedibus 5. tenentem titulum
scriptum, qui hoc habet. Ecce Agnus
Dei, ecce qui tollit peccatum mundi, pen-
santem libras centum. Cervos ex argen-
to 7. fundentes aquam, qui pensant sin-
guli lib. 80. Thimiamaterium aureum
cum gemmis prainis, & hyacinthinis
A *quadragenta duabus, pensans libras de-*
B *cem.*
C *Massam Festi præpositi sacri cubiculi,*
quam donavit Augustus Constantinus
præstantem solidos 300. Massam Ga-
ba territorio Gabineni præstantem soli-
dos 202. Massam Pictas, territorio su-
pra scripto, præstantem solidos 205. Mas-
sam Statilianam, territorio Corano, præ-
stantem solidos 200. Massam intra Si-
ciliam Taurana, territorio Parampni-
ensi, præstantem solidos quingentos. Intra
Romam domos, vel hortos præstantes
solidos duo milia ducentos. Fundum
Bassi, qui præstat solidos centum vigin-
ti. Massam Laninam præstantem soli-
dos ducentos. Fundum Catulli, terri-
torio Idomentano, præstantem solidos
quingenta. Massam Statianam, terri-
torio Sabinorum, præstantem solidos
350. Massam Murinas, territorio Ap-
piano Albanensi præstantem solidos 300.
Massam Virginis, territorio Corano, præ-
stantem solidos ducentos. Et transmari-
na infra partem Africæ. Massam vi-
neis, territorio Mucario, præstantem soli-
dos octingentos. Massam Capsis, territorio
Capsitano, præstantem solidos sexcentos.
Massam varia Sardana, territorio Mo-
nensi, præstantem solidos quingentos.
Massam Cameras, territorio Curalupi,
præstantem solidos 405. Massam Num-
mas, territorio Numidiæ, præstantem so-
D *lidos 710. Massam Baldarioleario, terri-*
torio Numidiæ, præstantem solidos octin-
gentos, & decem. Item in Græcia ter-
ritorio Cretas, Massam Cefalinam in
Creta, præstantem solidos quingentos. In
Mengaulo Massam Amaron, præstantem
solidos 222.

C A P U T I V.

De Vaticana Basilica.

VATICANAM Basilicam toto Orbe terrarum celeberrimam, quæ Architecturæ miraculum, & Constantinianæ liberalitatis, munificentiaque erga Christianam Religionem, nobile argumentum meritò asseri valet, descripturi; operæ pretium exigit, ut de Vaticano etymo aliqua prius exponamus. Vaticanus itaque Mons, ultra Tyberim in Hetruria, à Ponte Milvio usque ad mare protensus est: latâ tamen sumptâ terminatione, ut rerum naturalium scrutator Plinius lib. 3. c. 5. affirmat: *Citra XIII. M. passuum Urbis Vejentem agrum à Crustumino, dein Fidena-tem, Latinumque à Vaticano dirimens.* Stricto verò termino; Vaticanus, planities illa dicitur, quæ inter montem Vaticanum, Tyberimque interjacet, cujus magnam occupat partem Leonina Civitas, à Sanctissimo Pontifice Leone IV. illius conditore, sic appellata, cujus pars, quæ Urbis muris olim exclusâ, extra porrigebatur; modò à Summo Pontifice Urbano Papa VIII. novis mœnibus, sive propugnaculis, mirâ animi magnificentia inclusâ, Janiculus appellatur. Antiquitus neque admodum frequens, neque de Urbis pertinentiis Vaticanus erat; ita dictus, ut ex Verrio tradit Festus, quod Vatum responso, expulsis Hetruscis, Populus Romanus eo potitus sit. Hinc Janiculus licet propriè, pro Vaticano non veniat, attamen, ut eidem conterminus, si non tam rigidè vocem accipias, ipsum sonat, ut Martial. lib. 1. Epigram. 63. cujusdam Tullii Martialis

A Villulam describens, quæ in Vaticani ambitu sita erat, ut in Janiculo positâ, sic cecinit.

*Tulli jugera pauca Martialis
Longo Janiculi jugo recumbunt.*

Ac Gellius lib. 16. c. 17. *Et agrum (inquit) Vaticanum, & ejusdem agri Deum præsidem appellatum acceperamus à Vaticanis, quæ vi, atque instinctu ejus Dei in eo agro fieri solita essent. Sed præter hanc causam M. Varro in libris Rerum Divin. aliam esse tradit istius nominis rationem: Nam sicut Ajus, (inquit) Deus appellatus, araque ei statuta est, quæ est in infima nova via, quòd eo in loco divinitus vox edita erat, ita Vaticanus Deus nominatus, penes quem essent vocis humane initia, quoniam pueri simul atque parti sunt, eam primam vocem edunt, quæ prima in Vaticano sillaba est: idcirco vagire dicitur,*

C *exprimente verbo sonum vocis recentis.* Huc usque Gellius. Hipponensis verò Episcopus S. Augustinus lib. 4. de Civitate Dei cap. 8. sic appellatum fuisse scribit, quia *infantium vagitibus præsidebat: & cap. 2. ejusdem libri idem affirmat, nempe nascentibus in vagitu os aperire.* Ac Romanæ eloquentiæ Patrens lib. 13. Epist. 33. ad Atticum Vaticani sic meminit: *Sed casu sermo à Capitone de Urbe augenda à Ponte Milvio Tyberim duci secundum Montes Vaticanos, Campum Martium coedificari; illum autem Campum Vaticanum fieri quasi Martium Campum.* Meminit quoque hujus montis Venusinus Vates Horatius lib. 1. Ode 30. ubi sic:

*Care Mæcenas Eques, ut paterni
Fluminis ripe simul, & jocosa
Redderet laudes tibi Vaticani
Montis imago.*

Apud Porphyrium Horatii inter-

pretem hoc loco Vaticanum montem non longè abesse à Theatro Pompeii conjicitur; quem resonuisse simul cum ripis plausu Populi ipse refert. Apud Martialem non semel Vaticanum offendimus, cujus vina pessimi generis fuisse cecinit. Ibi.

*Quid te Tucca jurvat vetulo miscere
pbalerno*

In Vaticanis condita musta cadis?

Campum Vaticanum eximius ille Historiæ Scriptor Tacitus lib. 14. Annalium, Vallem appellat his verbis: *Clausumque Valle Vaticanâ spatium, in quo equos Nero regeret.* Nam Circus hic antiquissimus erat, à Cajo extructus, & Augusto dicatus, licet postea Neronis assumpserit nomen, cujus vestigia tam in præterito, quàm in præsentis seculo extabant, nam partim viscebantur, partim verò terram effodiendo inventa fuere. Præcipuum & principale Circi signum erat Obeliscus, qui nunc ante Basilicam cernitur, olim situs prope ubi nunc Sacrarium. Circi initium, sive ingressus erat, ubi ad præfens Ecclesia S. Marthæ; finis, seu terminus ad ultimos scalæ gradus anti-quæ Basilicæ se extendebat, ut fusiùs narrat Severanus in suis Memoriis Sacris septem Ecclesiarum Urbis pag. 7. Prope Obeliscum Occidentem versùs duo aderant rotunda templa, quorum Obelisco proximius Matri Deum, licet perperam à quibusdam Marti attributum, & hoc Neronis Vestiarium appellatum. Alterum verò remotius Apollini, idest Soli dicatum erat. Ultraque cum transitu simul conjuncta, in hisce ædificiis speciali nota digna sunt non solùm, quòd in Circi spina erant constructa, verùm etiam, quòd in una, eademque parte sita; cum contrarium

appareat ex Circo Caracallæ, à Panvino in suo Opere de Ludis Circensibus pag. 57. relato, ubi ex una Obelisci parte Solis templum, ex altera verò Matris Deum simulacrum cernitur. Itemque ante Apollinis templum observandum est, fuisse vestibulum, quod Vaticanum denominabatur, quia Vates, scilicet Idolorum Sacerdotes, ibi Sacra peragebant; ideòque tota illa pars Basilicæ, quæ Meridiem respicit, Vaticanum etiam dicta fuit, ut narrat antiquus Scriptor Petrus Mallius in sua Descriptione Vaticanæ Basilicæ num. 16.

Propè Circum, Collis cretosus est, lateribus, tegulis, vasis, aliisque fictilibus operibus fabricandis valdè opportunus, ut quotidiana docet experientia, de quo Juvenalis Satyr. 16. ibi. *Et Vaticano fragiles de monte patellas.*

Vitellium in suo Principatu ducentorum sextertiorum valoris patinam condidisse, narrat Plinius lib. 35. c. 12. cui extruendæ fornax in campis exædificata erat, quos utique campos Vaticanos fuisse existimo; de quibus & Livius ait: *Quorum terram, Argillaceam esse, & ad fabricas aptissimam experimur.* Laudatus verò Tacitus lib. 2. Histor. Vaticanam terram infamem vocitat, hisce verbis: *Postremò ne salutis quidem curâ infamibus Vaticani locis magna pars tetendit, unde crebre invulgus mortes.* Vetustissimæ Ilicis, quæ apud Vaticanum olim viruit meminit idem Plinius lib. 16. cap. 44. ubi sic: *Vetustior Urbe in Vaticano Ilex, &c.* Et de inauditæ magnitudinis serpente in eodem Vaticano occiso, idem Auctor lib. 8. cap. 13. ita meminit: *Faciunt his fidem in Italia appellatæ Boæ: (idest Serpentes) in tantam amplitudinem*

nem exeuntes; ut D. Claudio Principe, *A* occise in Vaticano solidus in alvo spectatus sit infans. Montem istum, quid celebris semper habuisse, ex eo eruitur; quòd Lucius Verus Imperator equo suo, quem peramabat extincto, sepulcrum in Vaticano posuerit, ut tradit Julius Capitolinus in eodem.

Redeamus modò ad Circum, in cuius medio, præfatus Obeliscus situs erat, in quo hæc legebantur inscripta, prout adhuc leguntur.

DIVO CÆSARI DIVI IULIJ F. AVGVSTO TI. CAESARI.

DIVI AVGVSTI F. AVGVSTO SACRVM.

De hoc Obelisco expressè sæpè laudatus Plin. in lib. 36. cap. 11. ubi sic: *Tertius Romæ Obeliscus est in Vaticano Caii, & Neronis Principum Circo, ex omnibus unus omninò fractus est in molitione, quem fecerat Sesostridis filius Nuncoreus. Eiusdem remanet, & alius centum cubitorum, quem post cecitatem visu reddito, ex oraculo Soli sacrauit.* Ac lib. 16. cap. 40. n. 20. idem Auctor miræ magnitudinis navem fuisse, quæ eundem vexit Obeliscum sic narrat: *Abies admirationis præcipue visa est in navi; quæ ex Ægypto Caii Principis iussu, Obeliscum in Vaticano Circo statutum, quatuorque truncos lapidis eiusdem ad sustinendum eum adduxit: quâ nave nil admirabilius visum in mari certum est. CXX. M. modium lentis pro saburra ei fuere. Longitudo spatium obtinuit magnâ ex parte Ostiensis portus latere lervo. Ibi namque demersa est à Claudio Principe, cum tribus molibus, turrium altitudine in ea ex ædificatis, ob idq; Puteolano pulvere advecto. Arboris ejus crassitudo quatuor hominû ulnas complectentiû implebat.*

Celebris fuit Circus iste ob Circenses ludos in eo celebratos, de quibus Svetonius in Claudii vita cap. 21. *Circenses, ait, frequenter etiam in Vaticano commisit, nonnunquam interjectâ per quinos missus venatione.* Ac Lampridius in Heliogabalo scribit: *Elephantorum quatuor quadrigas, in Vaticano agitate, dirutis sepulcris, quæ obsistebant.* Tacitus verò ad Annal. lib. 15. *Neronianos hortos in Vaticano virescentes enunciat, in quibus feralem Christianorum cladem, Cæsarum immanissimus, veluti ludicrum, Populo exhibuit.*

Hunc tot spectaculis, rebusque admirabilibus celeberrimum Circum, Cæsar Constantinus demolitus, in eo spectabilem Principis Apostolorum Basilicam, à fundamentis excitavit, ubi B. Petri corpus sepultum fuerat, ut Bibliothecarius in ejusdem D. Petri Vita. *Sepultus est viâ Aureliâ in templo Apollinis juxta locum, ubi crucifixus est, juxta palatium Neronianum in Vaticano, juxta territorium triumphale.* Hujus occasione laudatus narrat Alpharanus, quòd ubi nunc majus est altare, ibi ante Constantinum B. Petri Confessio, sive Oratorium erat, Petrique prima in Urbe sedes, Successorumque ejus, in qua omnes Christiani ad divina audienda; necnon sacrosancta percipienda mysteria, conveniebant. Pro hac narratione firmandâ, plures valerem conferre auctoritates, quæ in novissima Ciaconii editione tom. 1. pag. 70. relatæ sunt. Ideò brevitatæ gratiâ illas omittere, & ad nostrum Magnum Imperatorem sermonem iterum convertere duco.

Non sine igitur mysterio, circumjacentem Confessionis locum, tot propheta-

phanis superstitionum præstigiis coinquinatum, tot Christianorum Martyrum carnificinis deturpatum, sacrosancto hoc templo expiandum putavit, nempe, ut ubi crudelissimorum hostium rabies, in puerascentem Ecclesiam, immani insanierat excidio, ibi in æternum subactæ Idololatriæ tropæum, immobile D. Petri monumentum assurgeret: ac unde impia, vanaque Apollinis falsa vaticinia, diabolicis artibus, extorquebantur, inde infallibilia Cathedræ Petri oracula, perpetuò proderentur. Enim verò noster Magnus, ac Pius Augustus, latè per omnes Imperii Romani terminos, vero Numini templa erigendi, Christifidelibus facultatem indulgit. Atque ut ipse omnibus præiret exemplo, inter cæteras sacrarum ædium moles, non absque maximis, eximiisque Christianæ humilitatis argumentis, amplissimam hanc excitavit. Prius enim quàm manus tanto admoveret operi, in Vaticanum collem se contulit, Imperialique deposito diademate, pronus in terram, ac illacrimans, ad Basilicæ inchoanda fundamenta, ligone assumpto, prior ipse solum effodere est aggressus. Tum duodecim corbes, egestâ jam humo opplevit, suppositisque Augustis humeris asportavit; Vespasianum fortè æmulatus, qui, ut tradit Svetonius in ejus Vita cap. 8. *Restitutionem Capitolii aggressus ruderibus purgandis manus primus admovit, ac suo collo quedam extulit.* Designatis hinc Templi fundamentis, nonaginta duabus, ut ex Ich-nographia, marmoreis columnis excelsum reddidit, ac in Principis Apostolorum memoriam, honoremque sacravit. Quæ omnia S. Sylvestri acta testantur apud Baronium ann. 324.

n. 62. & longè ante ipsum Baronium, hanc piam, religiosamque narrat actionem Canonicus Romanus, seu Petrus Mallius, in sua Descriptione Vaticanæ Basilicæ in principio. Præfatâ Constantinianam foundationem pluribus, magnisque lateribus, in quibus Constantini nomen impressum erat, confirmatam deprehendimus, horumque laterum, testem de visu habemus, laudatum Baronium, qui in appendice tom. 3. in antiquorum parietum demolitione, occasione novæ fabricæ Vaticanæ erutos, se illos vidisse scribit, ut in Tab. VI. fig. 1. Id etiam firmat Torrig. in suis Sacris Crypt. Vatican. pag. mihi 448. afferens, idem nomen, in quadam tegula, quæ super tectum ejusdem Basilicæ erat, sculptum fuisse. Quare firmissimum sanè, validumque argumentum existimo, ad probandam ædificiorum antiquitatem, hoc laterum inscriptorum testimonium; quo etiam similiter usus est Blondus Flavius Instauratæ Romæ lib. 2. num. 12. ubi se vidisse narrat quadratos lateres amplissimos ex ruinis, quæ Ecclesiam S. Sylvestri Monialium, nunc celebre monasterium, sæpiunt extractos, quorum pars literas habebat à figulo prius quàm cémentum exsiccaretur expressas in hæc verba: *Domitiana major pars: Domitiana minor:* E quibus lateribus Dipse Blondus eodem in loco Thermas, sive Methodium, vel Domitiani Nymphæam fuisse conjecit. Octavius item Falconerius in Epistola ad Carolum Dati italico idiomate, quæ in Romæ antiquæ appendice, Famiani Nardini jacet, ac nuperrimè Fabrettus in suo de Columnæ Trajanæ Syntagmate cap. 7. eisdem utuntur argumentis. Similium laterum exempla in Tab. VI. fig. 2. 3. 4. sub

fig. 1



fig. 2



fig. 5



fig. 6



fig. 7



fig. 3



fig. 4



1812



t in astra



condidit




jus Ety-
stantini
Supereft
endo, ad
ribendas


veteris,
aticanæ
ua clarè
antiqua
ocis, ha-
novas
sive
dicatur
aliisque
partes,
us, ut
Basilicæ
t.

s anti-
enta re-
uodam
Basilicæ
cit Re-
nninus
Tabu-
entifs.
rdinali
chipre-
pendo
D. Jose-
uisque
nti, qui
ni an-
tiffimi
ntificis
muni-
s; qua-
vatum
ordi.

TAB. VII Ichnographia







sub oculis expono. Morem hunc literis, quadratos lapides obfignandi, non solum hinc Romæ, verum etiam per totum Romanum Imperium observatum reor, ut ex similibus laterum figuris à Lambecio relatis, in sua Bibliotheca Cæsar. lib. 2. pag. 1001. colligi valet. Horum laterum exempla, vides in dicta Tab. VI. fig. 5. 6. 7. Laterum figuræ 5. & 6. habent literas: LEGXGPF; quas sic legendas existimo. LEGIO DECIMA GEMINA PIA FIDELIS; ut legit Lambecius; alii legunt, ut ex Urinato de Notis Roman. *Legio Decima Gemina Pia Felix*, vel *Decima Germanica Pia Fidelis*; sive *Decima Gemella Pia Fidelis*. Hos lateres prope Pagum Germanum Altemburgicum, inter rudera veterum Hybernorum Pannonicorum, inventos fuisse scribit idem Lambecius. Tertius vero signatus num. 7. qui Carnunti sedem habebat, sequentibus literis obfignatus est, sic LEG XIII. GEM. scilicet LEGIO DECIMA QUARTA GEMINA.

Augent etiam constanter fidem hujusce foundationis, ænea numismata, cum effigie Magni Constantini, & Crucis, occasione qua, tempore Urbani VIII. Sum. Pont. jacta fuere fundamenta pro collocandis, supra confessionem, magnis quatuor æneis columnis, ibidem reperta, ut narrat citatus Torrigius p. 62. Idem quoque testantur duo illa carmina, literis Musivis, in vetusta Tribuna olim expressa, quorum memoria jam periisset, nisi accurata Andrea Fulvii solertia, cujus tempore Tribuna disjecta fuit, illa posteritati consignasset; quæ carmina idem Fulvius lib. 2. suarum antiquitatum sic refert.

A *Quod duce te Mundus surrexit in astra triumphans*

Hanc Constantinus Victor tibi condidit aulam.

Hactenus de Vaticano, & ejus Ety-mo, necnon indubitata Constantini fundatione satis actum est. Superest modò, ut operi nostro indulgendo, ad interiores Basilicæ partes describendas gradatim procedamus.

In Tabul. VII. exhibeo tam veteris, quam novæ hujus inclytæ Vaticanæ Basilicæ ichnographiam, ex qua clarè intueri valebis, quomodo se antiqua Basilica, cum sibi adjacentibus locis, haberet, & quicquid postea per novas constructiones eidem additum, sive subtractum fuerit; novum indicatur à punctis, antiquum à lineis, aliisque signis. Veteris Basilicæ singulas partes, minutim utcumque describemus, ut posteris quoquomodo tantæ Basilicæ forma, quæ olim erat, innotescat.

Hanc, sequentesque tabulas antiquam Basilicam, & in eis contenta representantes, desumpsimus ex quodam Codice, in Archivo ejusdem Basilicæ extante, cujus mihi copiam fecit Reverendissimus D. Thomas Vanninus præfatæ Basilicæ Canonicus, & Tabularius, permittente tamen Eminentiss. & Reverendiss. D. Carolo Cardinali Barberino ejusdem Basilicæ Archipresbytero, quibus humillimas rependo grates, pariterque etiam Rev. D. Josepho Mariæ Cari de Sacris, antiquisque memoriis admodum benemerenti, qui Manuscriptum Tiberii Alfarani antiquæ Vaticanæ Basilicæ accuratissimi Scriptoris, Xysti V. Summi Pontificis coævi, nobis libentissimè communicavit, à quo plurima excerpimus; quare eundem ab Alfarano observatum ordi-

ordinem, nos etiam sequendum ducimus, cum clarus, patensque sit. At antequam ad antiquæ Basilicæ descriptionem descendam, gratum fore puto, si nonnulla carmina, à Prudentio Poëta Christiano, qui in principio quinti seculi floruit, exarata referam, quæ sic in Hymno 12. leguntur.

Dividit ossa duum Tybris, sacer ex utraque ripa,

Inter sacrata dum fluit sepulcra.

Dextra Petrum regio, tectis tenet aureis receptum,

Canens oliva, murmurans fluente.

Namque supercilio saxi, liquor ortus, excitavit

Frødem perennem chrisimatis feracem.

Nunc pretiosa ruit per marmora, lubricatque cliyum

Donec virenti fluctuet corymbo.

Interior tumuli pars est, ubi lapsibus sonoris

Stagnum nivali volvitur profundo.

Omnicolor vitreas pictura supernè tingit undas,

Musci relucent, & virescit aurum.

Cyaneusque latex, umbram trahit imminentis ostri,

Credas moveri fluctibus lacunar.

Pastor oves alit, ipse illic gelidi rigore fontis

Videt sitiri, quas fluenta Christi.

Hæc Prudentius cecinit.

Modò ab Abside, tamquam à digniori Basilicæ parte, initium sumimus. Absis itaque, quam majorem, Tribunam vocari, Populi placitum introduxit, post transversam Basilicæ partem ad ortum vergentem, id situs nacta fuit, ut caput ipsius Basilicæ esset, Sacrosanctæque Crucis typum inchoando prætexeret, sicuti per lit. A. denotatur. Hemicycli formam exprimebat,


longitudineque ad Occidentem palmis quadraginta quatuor præstabat, latitudine palmis octoginta spatrabatur, altitudine verò centum æquabat inter Absidem, & transversam navem. In medio, ara princeps erecta erat, quæ tantæ semper venerationis fuit, ut nullus unquam Pontificum illam referare ausus sit, nihil remove, ut tradit laudatus Alpharanus cap. 1. & innuit Pancirolus de Eccles. hac in eadem Basilica.


Transversa verò navis designata literâ B. inter Tribunam, & Basilicæ corpus protendebatur, latitudinis palmorum septuaginta octo, altitudinis centum septuaginta, longitudinis tandem à Meridie ad Boream, nonaginta supra trecentos.

Templi Vaticani area, scilicet à januis, quæ erant in conspectu ante quadriporticum, usque ad transversam navem, quadringentis, & sex palmis in longitudine, ab Ortum ad Occasum excurrebat, ac ducentis octoginta quinque in latitudine; in altitudine verò centum septuaginta. Mediana navis notata litera C. omnium maxima centum, & sex palmis in longitudine producebatur, ac centum septuaginta in altitudine.

Reliquæ hincinde naves D. E. longè depressores, & minoris latitudinis erant; illæ namque duæ, quæ medianæ navi à dextero latere ad Meridiem, & à sinistro ad Boream adjacebant, in latitudine triginta octo, ac in altitudine octoginta duobus palmis constabant.

Posteriores naves F. G. ante dictis contiguæ, pariter ad Meridiem, & ad Aquilonem, ex utraque parte Basilicæ muro adjacentes, paululum præfatis de-





demissiores, palmos triginta novem latitudinis seorsim habebant, altitudinis verò sexaginta duos.

Intercolumnium, quod quinque naves sustentabat, columnis octoginta octo coordinatum erat, quarum singuli ordines, viginti duabus inter se parallelis columnis, æquè constabant, ad ordinem illum columnarum porticus Templi Salomonis alludentes, ut in Tab. VIII. scenographica videre est. Harum columnarum capitula Corinthia, & epistylia maxima super capitula è Pario marmore quadrata erant, & signis Musivis decorata, quæ templi muros, & tectum sustentabant. Minores naves super columnarum capitula loco, epistyliorum, habebant arcus parietes sustentantes. In mediana autem navi, super epistyliorum corona, intrinsecus per gyrum proferebatur podium, latitudinis palmorum trium, erantque ante podium circulariter lignum, & lateres palmorum quinque altitudinis, ne hinc inde homines circumambulantes cadere possent, ut apparet in eadem Tab. VIII. sub lit. AA. Testatur laudatus Alpharan. in eodem cap. 1. quòd ævo suo ejusdem podii vestigia adhuc visebantur. Præfatæ columnæ, neque altitudine, neque crassitudine æquabantur; illæ enim medianæ navis, quadraginta in altitudine, in crassitie verò sex palmos continebant: aliæ è Numidico, aliæ è Pario marmore, mixtoque erant; duæ tamen, quæ valvis Basilicæ proximæ offerebantur, ejus venustatis erant, ac pretii, utpote, quæ marmore Africano constabant, ut iis pares nullas, Urbs, aut Orbis ipse umquam viderit. Columnæ minorum navium viginti sex palmis altæ, & quatuor crassæ, aliæ erant ex

Pario, nonnullæ verò ex Numidico, mixtoque marmore.

In summitate cujuslibet navis, aut ordinis columnarum, ad Occidentalem plagam, fornix elevabatur, & transversam navem cum Tribuna connectebat. Quinque isti fornices, sex parastatis fulciebantur, quorum maximus, qui medianæ navi incumberebat, ultra duas parastatas, binis adhuc, & his prægrandibus columnis præmuniebatur; quare veteres arcum triumphalem vocitârunt; unde autem hoc desumpserit nomen diximus in nostro opere de Veter. Monim. Cap. XXII. P. 1^a.

Patuit antiquitùs ista Basilica multis januis, nam in parietibus ad Ortum, quinque januas habuit, ut videre potes in Tab. IX. sub num. 1. 2. 3. 4. & 5. Videlicet in mediana navi portas tres, æqualem in altitudinem elatas, palmorum viginti novem, & latitudine sexdecim: harum locus in Tab. VII. Ichnographica sub nu. 128. 130. & 133. indicatur. Duæ anteriores naves ex utraque parte medianæ propinquæ, duabus januis occurrebant; quarum singulæ, palmis viginti octo altitudinis, æqualiter præstabant, latitudinis verò quatuordecim; locus istarum designatur in eadem Tab. VII. Ichnographica sub num. 126. & 137. Janua autem, quæ Sancta dicebatur Basilicæ, lateri addita in posteriori navi, quæ dicebatur Vultus Sancti ad Boream, pro Anno Jubilæi, altitudinis erat palmorum sexdecim, latitudinis verò decem; istius situm habes in prænotata Tabula VII. sub num. 124. Basilicæ latus dexterum in Meridiem, quinque januis præditum fuit, totidemque sinistrum; quæ altitudine, & latitudine promiscuè vincebantur. Ex his ad quas datur

Cap. XXII

postea Ecclesias, seu Oratoria, de quibus infra, patebat aditus. Tandem in parietibus transversæ navis ad Occidentem, duæ aderant januæ sub nu. 13. & 36. & ad Meridiem unica sub n. 19. & earum singulæ secum in altitudine octodecim palmorum, & in latitudine decem congruebant.

Multa etiam luce, abundabat antiqua Vaticana Basilica, ex magnarum fenestrarum numero, quas octoginta octo, ex infra dicendis, fuisse colligitur. Frons templi in Mediana, Orientem versùs, tribus in primo, totidemque in secundo ordine, fenestris illustrabatur, quæ viginti duobus palmis in altum se attollebant, & latitudine quatuordecim singulæ extendebantur; in tertio verò ordine, juxta tectum unicâ tantum, eâque rotundâ ad instar magni oculi, cujus diameter erat palmorum quatuordecim. Harum fenestrarum exempla habes in Tabula IX. ac in X. sub lit. A. B. C. D. E. In parietibus itidem ex utraque dextera, & sinistra ejusdem Medianæ navis, Basilica viginti duo lumina adaperiebat, undecim Meridiem, ac totidem Boream respicientia, ejusdem latitudinis, ac altitudinis, quâ præfata alia excisa erant, invicem parallela, & è regione sese inspectantia: harum fenestrarum exemplar videre poteris in dicta Tabula X. lit. A. B. C. D. E.

Posteriorum minorum navium parietes dextrâ, lævâque, viginti pariter duas fenestras, undecim ad Meridiem, ac totidem ad Aquilonem referabant: æquis item spatiis erant contrapositæ, earum altitudo palmis decem & septem evehebantur, latitudo verò palmis duodecim cum semisse. In oblongum in transversa navi, habuit itidem Basili-

ca sexdecim fenestras, quæ altitudine, & latitudine, cum illis majoris navis, comparabantur; & octo à dextris, octo à sinistris patebant. Parietes dextrorsum ad Meridionalem partem duas excipiebant, ad Orientem tres, & ad Occasum tres alias è conspectu positas, & è regione mutuò se conspicientes: à sinistris similiter in parietibus ad Aquilonem duæ, ad Ortum tres, & ad Occidentem tres aliæ, pariformiter contra se vicissim singulæ illuminantes, respondebant.

Ab sis quoque Basilicæ, quinque circumforata fenestris pandebatur, Occasum prospectantibus, quarum singulæ palmis sexdecim altitudinis, ac undecim latitudinis erant.


Basilica tota ex lateribus coctis constituta, ejus murorum crassities sextum palmum cum semisse, & alibi septimum, aut octavum non excedebat; à pavimento usque ad summitatem parietum, & laquearia tota, ex Musivo, variisque picturis Veteris, ac Novi Testamenti depicta, cælataque erat; horum exemplum habes in præfata Tabula X. quæ partem illam ad Aquilonem vergentem ostendit, ubi Angelus lit. F. signatus, manu Jotti celeberrimi Pictoris, qui in fine XIII. ac principio XIV. seculi vixit, Musivo opere expressus erat; reliquæ verò picturæ, quarum una pars, historiam Veteris Testamenti designabat, & istarum nonnullæ injuria temporis erant deletæ, ut ex eadem Tabul. X. facillimè argui potest; altera verò pars superiùs, diversorum Sanctorum imagines repræsentabat. Hæ picturæ antiquissimæ erant, & jam vetustate quasi consumptæ, jussu Formosi Primi Summi Pontificis factæ, qui floruit an. 890. Aderant etiam


TAB. IX



TAB. X









postea Ecclesias, seu Oratoria, de quibus infra, patebat aditus. Tandem in parietibus transversæ navis ad Occidentem, duæ aderant januæ sub nu. 13. & 36. & ad Meridiem unica sub n. 19. & earum singulæ secum in altitudine octodecim palmorum, & in latitudine decem congruebant.

Multa etiam luce, abundabat antiqua Vaticana Basilica, ex magnarum fenestrarum numero, quas octoginta octo, ex infra dicendis, fuisse colligi-

ca sexdecim fenestras, quæ altitudine, & latitudine, cum illis majoris navis, comparabantur; & octo à dextris, octo à sinistris patebant. Parietes dextrorsum ad Meridionalem partem duas excipiebant, ad Orientem tres, & ad Occasum tres alias è conspectu positas, & è regione mutuò se conspicientes: à sinistris similiter in parietibus ad Aquilonem duæ, ad Ortum tres, & ad Occidentem tres aliæ, pariformiter contra se vicissim singulæ illuminantes,

tur
tem
que
stra
in a
qua
in r
câ t
mag
mo
stra
ac i
riet
fini
lica
un
rea
ac
era
fes
ex
la
rie
du
ac
aq
ear
ev
du
in





pag. 34.

Quum fuerat, in longitudine verò ducentis palmis constans; quod postea à Domno Summo Pontifice, circa annum Domini 678. magnis marmoribus fuit stratum. Id narrat Bibliothecarius in ejusdem Pontificis vita: Hic, inquit, atrium B. Petri Apostoli, superius quod Paradysus dicitur, quod est


extabat, & a Grutero refertur pagina 1164. num. 1. sed errat in voce Porticibus cujus loco ponit Ponticibus; hæc autem sic se habebat.


Cum subitis peragi fallax clementia veris,


Et sacer addendo festa vetaret aquis. Simplicius Præsul sacraria celsa petentem

E 2

Por-







rio
du
ac
ac
ca
ev
du
in



rticū magnis
idem atrium
ibus etiam,
igitur ex hac
agina 1163.

m de lumi-
titetur opus;
alis gratia

pretiosa ra-
quem rite

is apex.

is faciei no-
mmo Pon-
marmora à
subtusque
ac minutis
t, quod ad
Comani Im-
tratum erat,
ad hodie-
vavimus in


us denomi-
is, ut in ea-
quæ illud
æque po-
sæ, à Sim-
468. pri-




dimus etiam supra in I ad. IX. Ab eo-
dem Constantino atrium hoc constru-
tum fuerat, in longitudine verò du-
centis palmis constans; quod postea à
Domno Summo Pontifice, circa an-
num Domini 678. magnis marmori-
bus fuit stratum. Id narrat Bibliothecarius in ejusdem Pontificis vita: *Hic, inquit, atrium B. Petri Apostoli, superius quod Paradysus dicitur, quod est*

Distinæ formæ restitutæ fuere, ut ex in-
scriptione, quæ in eodem atrio olim
extabat, & a Grutero refertur pagi-
na 1164. num. 1. sed errat in voce *Por-
ticibus* cujus loco ponit *Ponticibus*; hæc
autem sic se habebat.

*Cum subitis peragi fallax clementiæ
veris,*

*Et sacer addendo festa vetaret aquis.
Simplicius Præsul sacraria celsa petentem*







2935

di
ac
æ
ca
ev
di
in

in zophoro, qui imminet columna-
rum epistylis, videlicet in Orbicula-
ribus illis signis, indicatis in eadem
Tab. X. lit. G. H. depicta Romanorum
Pontificum capita, sicuti etiam in aliis
Orbicularibus signis his superpositis,
ut ibidem lit. L. L. & clarius demon-
strantur in alia Tab. XI. in ampliorem
formam designata sub lit. A. B. C. D.
& sic de reliquis.

Totum templi tectum ligneum ma-
gnis quadratis trabibus, contignatum,
abiignisq; tabulis levigatis, irretitum,
atque imbricatum erat, ut Tab. VIII.
scenograph. demonstrat. Medianæ na-
vis, & transversæ Crucis laquearium,
magnis æneis tegulis sesquipedalibus
pretiosissimis, ex ære Corinthio deau-
rato coopertum, mirificabatur. Alia-
rum vero navium minorum tectum, la-
teritiis imbricibus prætectum erat, quo-
rum aliqua superfuisse, suo tempore,
monimenta tradit idem Alpharanus in
eodem cap. I.

Pavimentum Basilicæ stupendis,
eximiisq; rotundis, ac quadratis com-
pactum, variis etiam discoloribus, al-
bis, Porphyreticis, Ægyptiacis, Numi-
dicis, deauratisque implicatum, &
contestellatum erat marmoribus.

Ante Basilicam magnum patebat
atrium, ut in Tabul. VII. lit. H. ac ut
clarius ipsius atrii facies appareat, ostē-
dimus etiam supra in Tab. IX. Ab eo-
dem Constantino atrium hoc constru-
ctum fuerat, in longitudine verò du-
centis palmis constans; quod postea à
Domno Summo Pontifice, circa an-
num Domini 678. magnis marmori-
bus fuit stratum. Id narrat Bibliothecarius
in ejusdem Pontificis vita: *Hic,*
inquiens, atrium B. Petri Apostoli, supe-
rius quod Paradysus dicitur, quod est

ante Ecclesiam in quadriporticū magnis
marmoribus stravit. Hoc idem atrium
deinde, ab aliis Pontificibus etiam,
ornatum reperitur, ut colligitur ex hac
Gruteriana inscriptione pagina 1163.
num. 1.

Quamvis clara fides multum de lumi-
nis aula,

Plusque loci meritis nobilitetur opus;
Est tamen his pulcris specialis gratia
rebus,

Spectantumque oculos ars pretiosa ra-
pit.

Johannes hoc compsit opus, quem rite
coronat

Urbis Romanæ Pontificalis apex.

Occasione constructionis faciei no-
væ Basilicæ, à Paulo V. Summo Pon-
tifice factæ, avulsa fuere marmora à
Domno in atrio posita, subtusque
aliud pavementum ex albis, ac minutis
lapidibus stratum, apparuit, quod ad
Musivi operis formam, ut Romani Im-
peratores in usu habebant, stratum erat,
& nos ipsi nonnulla etiam ad hodie-
num diem fragmenta observavimus in
scalarum area.

Idem atrium Quadriporticus denomi-
nabatur, à quatuor porticibus, ut in ea-
dem Tab. VII. lit. I. K. L. M. quæ illud
circumamplectebantur, quæque po-
stea temporum injuriis delapsæ, à Sim-
plicio Summo Pontifice an. 468. pri-
stinæ formæ restitutæ fuere, ut ex in-
scriptione, quæ in eodem atrio olim
extabat, & a Grutero refertur pagi-
na 1164. num. 1. sed errat in voce *Por-*
ticibus cujus loco ponit *Ponticibus*; hæc
autem sic se habebat.

Cum subitis peragi fallax clementia
veris,

Et sacer addendo festa vetaret aquis.
Simplicius Presul sacraria celsa petētem


Porticibus junctis, textit ab imbre diem. A modo antiquitus hæc se haberet quadriporticus, satis ostendit figura Ichnographica in dicta Tab. VII. expressa, cujus aspectum habes in Tab. IX. signatum lit. E. F.

Eadem porticus Palmariæ dicebatur, in quibus Symachus Papa quartam Synodum, ab eisdem porticibus Palmariam denominatam celebravit. Ipsa porticus in Basilicæ fronte, palmis ducentis octoginta, ad mensuram latitudinis ejusdem Basilicæ, in longum extendebatur, latitudo palmorum trium, & quinquaginta erat; altitudo verò usque ad tectum quinque supra quinquaginta. Decem aderant columnæ cum duabus parastratis, quæ quidem columnæ, ad illas decem Tentorii in facie atrii Tabernaculi Mosis, ac ad totidem alias positas in facie atrii templi Salomonis, alludere videbantur. Sed & in ipsarum columnarum medio, ostium æneum erat, contra medianam Basilicæ Januam, ut nu. 131. in eadem Tabula VII. supra quod B. Petri Apostolorum Principis marmorea statua, in throno sedentis posita, dextrâ populum benedicens, sinistrâ verò claves tenentis, cernebatur, quæ postea cum tegmine æneo, duabus columnis porphyreticis sustentato, extitit; quæ nimirum duæ columnæ, illas duas magnas æneas columnas ante Porticum Templi Salomonis erectas, repræsentabant. Sueverunt olim Fideles hanc statuam, D. Petri festo ejusdem die Pontificiis insignibus, Albâ nempe, Pluviali, Mitràque gemmis discriminata exornare, & solenni, pioque cultu venerari: illam postmodum Paulus V. Sum. Pontif. in Cryptas Vaticanas, in Cappellam B. Mariæ Porticus appellatam, transtulit, ubi etiam hodie asservatur.

Unicam tantummodò partem quadriporticus descripsimus, cum aliæ tres à Constantino constructæ in recentioribus seculis destructæ fuerint. Quo-


In præcitata Tab. VII. Ichnographica lit. L. signat locum secundæ porticus ad dexteram ingredientium, five ad Aquilonem, cujus longitudo erat palmorum ducentorum quinquaginta & sex, ad mensuram longitudinis atrii; latitudo verò palmorum quadraginta, & unius, & habebat columnas tredecim cum suis capitulis Corinthiis, & fornicibus, loco peristyliorum; extrinsecus verò totidem parastratas lateritias, contra columnas positas, cum suis fornicibus æquali spatio, inter columnas, contra se invicem collocatas, & è regione se respicientes, parietesque, & tectum similiter sustinentes.

Super hanc porticum constructum fuit Pontificium Palatium, quod Innocentii Octavi denominabatur, ut videre est in Tab. IX. lit. G. H. ibique lit. O. parvum ostium demonstrat, quod in Auditorium Rotæ ducebat. Ex altera parte sinistrorsum, Meridiem versùs tertia aderat porticus ejusdem formæ, ac altera in conspectu, ut in sæpè memorata Tab. VII. lit. K. designatur, & in Tab. IX. lit. P. indicantur reliquiæ ipsius porticus. Ejus reliquæ partes, novorum ædificiorum constructionibus, occupatæ fuere; nam lit. L. denotat Oratorium Archiconfraternitatis SS. Corporis Christi, sub Paulo III. erectæ, F. Gymnasium Cappellæ Juliæ, G. Domum Altaristæ, H. ostium ducens in atrium Archipresbyteratus, I. Sepulcrum Othonis II. Imperat. quod maximus porphyreticus lapis operiebat, de quo etiam infra in capite de-



TAB. XII

pag. 37.



Partibus subterraneis Vaticanæ Basilicæ num. 38.

Quarta aderat porticus, in dicta Tabula VII. lit. M. indicata, quæ in atrii fronte ad Orientem, & super Basilicæ gradus erat, cujus aliquæ partes tempore Alpharani adhuc supererant, plurimis, nobilibusque columnis, & parastatis in fornicibus sustentata, intersecabatur, habebatque in longitudine palmos ducentos octoginta quinque, ad mensuram latitudinis Basilicæ, & in latitudine ante faciē atrii ad Orientem, unum supra octoginta. A facie verò atrii in Occidentem è media sui parte in tres januas laxabatur, quæ quatuor parastatas interjectas habebant, & binas, hinc inde, columnas, singulasque parastatas in utroque porticus extremo, ejusdem angulos conjungentes, tectumque fulciantes. Præterea iis januis, totidem aliæ opponebantur, Solis Ortum, & gradus Basilicæ spectantes, & æquali positæ spatio marmoreis postibus, æneis valvis, & quatuor columnis ornabantur, ut videre est in Tab. XII. lit. B. K. quæ nimirum illas, ante faciem Tentorii positas, in introitu atrii Tabernaculi Mosis, significabant. Porrò istæ januæ eâ fuerunt arte constructæ, ut Æquinoctii tempore Sol exoriens, per illarum medianam ingrederetur; & aram maximam, intra Sancta Sanctorum positam ad Basilicæ caput, Apostolorum corpora continentem, recto fulgore illustraret, idemque in Occasum vergens, per posteriores Basilicæ fenestras, ipsam Aram maximam, totamque Basilicam irradiaret. In hujus porticus dextro latere ad Meridiem, pro Ministris, ac Basilicæ Janitoribus, aulæ visebantur, ut in eadem Tab. XII. lit. F. A sinistro verò ad

Aquilonem, non humilis turris, ut litera A. in præcitata Tab. indicat, cum pluribus, & eximiæ magnitudinis campanis, erigebatur, quam Cymbalariam fuisse denominatam colligitur ex Ciacon. in Vita Clementis VI. ac cælitus fulmine tactam, magna ex parte culmen ejus disiectum, & vi ignis campanas fusas fuisse, præcitatus narrat Auctor, de qua etiam dicemus infra ad num. 151. Tectum insuper totius quadripartitæ porticus, ac Basilicæ ligneum erat, levigatis tabulis laqueatum, magnisque imbricibus lateritiis coopertum, cujus altitudo quaquaversum æqualis, palmos quinquaginta, & quinque non excessit. Præter eam partem, quam ultimò memoravimus, in qua scilicet januæ tres erant ad Orientem supra gradus Basilicæ; hæc enim paulò fuit eminentior, habebatque tres satis amplas fenestras, ut in dicta Tab. XII. lit. B. ostenditur, unde Summos Pontifices olim solennibus diebus, populum in subjectam plateam confluentem, benedicere consuevisse conjici jurè potest. Sed ab his aliquid de fronte Basilicæ attingamus.

Hæc frons Musivo opere ornata, erat, ut in præcedenti Tabul. IX. demonstrantur, cujus in fastigio, ex albo marmore, stabat magna Crux, altitudinis decem, latitudinis verò octo palmorum, ad Græcæ Crucis similitudinem efformata, quæ adhuc in Basilicæ cryptis servatur; in medio verò frontis ejusdem Basilicæ, Christi sedentis cernebatur imago, ad ejus dexteram, B. Virgo Maria ad sinistram verò S. Petrus stantes: hinc inde quatuor Evangelistæ sub animalium formis expressi; ad Christi pedes Gregorii Papæ IX. genuflexi erat imago, quæ lit. M. indicatur,

catur, Litera N. denotat quædam carmina, quæ in eadem fronte legebantur, videlicet.

Ceu Sol fervescit. sydus super omne nitescit,

Et velut est aurum rutilans super omne metallum

Doctrina, quæ fide calet, & sic pollet ubique

Ista domus petrâ super fabricata quietâ.

Ante supradictas tres januas posterioris partis quadriporticus, super gradus Basilicæ ad Orientem area magna jacebat, ut in laudata Tab. XII. lit. K. quadris, maximisque strata marmoribus, habebatque in longitudine palmos ducentos, ad mensuram latitudinis atrii, in latitudine verò ante faciem januarum, sex & septuaginta; hujus areæ situs demonstratur in Tabul. VII. lit. N. & Tabula XII. litera E. In hac area Romani Pontifices Imperatores recipere solebant. Juxta turrin Campanariam ad Aquilonem, quatuor marmorea Meniana, quinque parastatis cum columnis subnixa inchoavit Innocentius VIII. & Alexander VI. absolvit, ut in eadem Tab. XII. lit. C. G. Posterioribus verò temporibus, ex Meniano signato lit. C. Romani Pontifices adstanti Populo benedictiones impartiri consuevêre. Præter hoc ædificium, etiam permulta alia Basilicæ, & juxta eam, ejusque porticus addita fuere, de quibus suo loco.

Deinde prægrandes è marmore gradus triginta quinque in Basilicæ aream ascensum præbebant, ut in Tabula VII. lit. O. & sæpè citata Tab. XII. lit. E. & ii. omnes in quinque distribuabantur ordines, ut quemlibet ordinem septem gradus occuparent, exiguusque areæ tractus illos ab invicem distingue-

ret. Omnes autem graduum ordines, cum interjacentibus areolis, ab ima tellure ad aream magnam, palmorum nonaginta quinque longitudinem adæquabant, latitudinem verò ducentorum juxta areæ, atriique latitudinem.

Hanc aream, & gradus primò post Constantinum Symmachus, deinde Pius II. postremò Martinus V. Pontif. Max. restaurârunt, & amplificârunt, ad longitudinem palmorum quadraginta quinque supra ducentos, usque ad rectam lineam parietum quadriporticus ad Aquilonem, additis hinc inde, ad infimas graduum extremitates, colossis marmoreis BB. Apostolorum Petri, & Pauli, ut cernere est in Tabula XII. lit. H. I. cum his in eorum basibus inscriptionibus.

Beato Petro Apostolorum Principi.

Beato Paulo Vasi electionis Pius II. Pont. Max.

Reædificatâ postea eâdem Basilicâ à fan. me. Paulo V. ii gradus ad viginti quatuor redacti fuere, quorum longitudo palmorum nonaginta erat: modò autem viginti duo tantummodò sunt, ex restauratione fel. record. Alexandri VII. quindecim ex Pario marmore, reliqui verò septem, fronti Basilicæ proximiores, ex Tyburtino lapide.

Cogor hîc aliquantulum à brevitate scopo deflectere, cum multa notatu digna de hisce gradibus referri possint. Nam Canonicus Romanus, sive Petrus Mallius, in descriptione Vaticanæ Basilicæ nu. 48. præfatos gradus constructos fuisse tradit, ex Romuli demolito sepulcro, quod tamen Marlianus lib. 5. cap. 22. suæ Typograph. Urbis Romæ, non Romuli, sed Scipionis Africani fuisse ait: & Turrigius in

suo Tractat. de Sacris Cryptis Vatican. A Paulus Diaconus lib. 6. de Gestis Longobardorum cap. 44. scribit ejusdem Teudonis Romam adventum, orationis gratiâ; ex quibus ni fallor, deduci potest Fideles, per eos gradus, flexis genibus, Deum oraturos, ascendisse: quæ mea sententia innititur Severano, qui de hujusmodi scalis agens addit, Symmachum Summum Pontificem, gradus ante fores Basilicæ, ampliassse, & alios gradus dexterâ, lævâque construxisse, ex utraque parte contignatione coopertos, quæ ut opinor in umbraculum diei ab æstu, & in securitatem à turbine, & à pluvia, pro majori Populi orantis commoditate, inserviret.

Horum quæ dicimus, testis Augustissimus sit Carolus Magnus, de quo sic Anastasius in vita Hadriani: *Ipsè verò à Deo institutus benignissimus Carolus Magnus Francorum Rex, & Patrius Romanorum, quâ horâ easdem sacratissimas Cruces, ac signa sibi obviam advenisse conspexit, descendens de equo, quo sedebat, ita cum suis Judicibus ad B. Petrum pedestris properare studuit. Quod quidem almificus antedictus Pontifex diluculo surgens in eodem Sabbato Sancto cum universo Clero, & Populo Romano ad B. Petrum properavit, ad suscipiendum eundem Francorum Regem, & in gradibus ipsius Apostolicæ aulæ eum cum Clero suo præ-*

Ut cumque sit de conversione dictorum lapidum, vel in restaurandis gradibus Basilicæ, vel in sternendo atrio, cum nihil officiat, diu non immoror. Scio tamen, Bibliothecarii auctoritate, eosdem gradus vetustate consumptos Leonem III. refecisse. Sed ab horum graduum constructione, ad ritus in eis observatos accedamus.

stolatus est. Conjungente verò eodem excellentissimo, ac benignissimo Carolo Rege omnes gradus sigillatim, ejusdem Sacratissimæ B. Petri Ecclesiæ, deosculatus est, & ita usque ad prænominatum pervenit Pontificem, ubi in atrio super gradus, juxta fores Ecclesiæ assistebat, eoque suscepto mutuò se amplectentes, tenuit idem Christianissimus Carolus Rex dexteram manum antedicti Pontificis, & ita

In lectione igitur sæpè memorati Bibliothecarii detentus, animadverti per suprascriptos gradus antiquitus Christianifideles, devotionis gratiâ, ascendere consuevissent, ut in Gregorii IV. vita, ibi: *Renovavit simul & Porticum ejusdem Basilicæ, quæ super gradus ejus esse perspicitur, per quos Populus orationis voto indifferenter habet ascensum. Hac autem loquendi formâ, nempe orationis voto, usus est etiam in vita Gregorii II. ubi hæc: Eo itaque tempore Teudo Dux gentis Bojariorum ad Apostoli B. Petri limina, primus de gente eadem, occurrit orationis voto. Et*

ita in eandem venerandam aulam. *B. Petri Principis Apostolorum ingressi sunt, laudem Deo, & ejus excellentiæ decantantes, universus Clerus, & cuncti Religiosi Dei famuli extensâ voce acclamantes: Benedictus qui venit in nomine Domini.*

Eundem etiam Pontificum Romanorum, ac ritum in recipiendis Imperatoribus, Regibusque ad B. Petri limina accedentibus, repetit Bibliothecarius in vita Sergii II. hisce verbis: *Quem (idest Ludovicum Regem Lotharii Imp. filium) antedictus almissicus Pontifex in gradibus ipsius Apostolicæ Aulæ, eundem Regem in ipso die Dominico post Pentecosten, suo cum Clero expectavit; conjungente verò eodem Rege, universosque gradus ejusdem Sacratissimæ B. Petri Ecclesiæ ascendente, ad prænominatum propinquavit Pontificem, ubi in atrio super gradus juxta fores Ecclesiæ cum universo Clero, & Populo Romano assistebat. Tunc mutuo se amplectentes, tenuit idem Ludovicus Rex dexteram antedicti Pontificis, & in interius ingressi atrium, ad portas pervenerunt argenteas. Longum deinde post temporis intervallum, ut eorundem graduum venerationem, ac Populi pietatem auget Alexander VI. Pontif. Max. pro cujuslibet gradus ascensu, septem annorum indulgentiam concessit; quod Pancirolus refert in suo Tractatu de Ecclesiis Urbis. Verùm ad reliquas nostræ antiquæ Basilicæ partes describendas accedamus.*

A dextris extra quadriporticum, & parietes Basilicæ ad Austrum, Pontificum Romanorum commodo, ac majestati consulens Constantinus, magnæ molis Episcopium erexit; quod inde injuriâ temporum & hominum incuriâ

penè collapsum, in quorundam Canonicorum domos, necnon in Palatium officii S. Inquisitionis, cessit; quo in statu ad hæc nostra tempora perseverat. Situs ejus ostenditur lit. P. in Tabula VII.

Alterum etiam Episcopium à sinistris ad Septentrionem, dextero è diametro oppositum, idem Constantinus extruxit, nobilius quidem, & fata meliora sortitum: nam Symmachus primò, deinde Nicolaus III. & alii in posterum Romani Pontifices mirificè ampliârunt, & exornârunt. Præcipuè tamen Greg. XIII. ac Xyst. V. qui in eam, quæ nunc est, formæ magnificentiam, decusque perduxêre. Illius indicatur situs lit. Q. in eadem Tab. VII.

Gradibus demum Basilicæ superiùs relatis, subjecta jacebat amplissimæ laxitatis platea, per lit. R. in Tab. VII. & in Tab. XII. lit. L. demonstrata, quam *Porticum S. Petri*, sive *Cortinam* appellavêre. Surgebat inibi non exiguus fons porphyreticus, quem Symmachus Papa ad Chrismatis unctiõnem, feriâ secundâ post Pascham faciendam, excitavit. Pulcherrimam etiam plateæ coronam efficiebant non humiles domus, quas inter Xenodochium vetustate suâ, & Auctore B. Gregorio I. clarissimum, quod pro schola Canentium quotidie in Vaticana Basilica deserviebat; hoc verò jam diu exoletum & in domos conversum Pius IV. ampliandæ plateæ gratiâ disjecit, soloque æquavit. Eadem hæc infortunia passæ fuêre geminæ Ecclesiæ S. Gregorii de Cortina, & altera penè contigua S. Mariæ Virgariorum denominata, quæ tamen ruina, casuque frequenti excidium ultimum invitaverant, & quasi prævenerant. Plura de istis Eccle-

desiis si desideres, vide Turrigium paginâ 188. & 189.

Hactenus autem de externis vetustę Basilicę partibus actum est. Cęterum longę majoris amplitudinis est nova Basilica, vetus templum circumdans in formam Crucis, ut in Ichnographica Tab. VII. sub lit. S. ostenditur, qua in ornanda, post Julium II. qui veteri disjecta, novam Basilicam inchoavit, reliqui posteriores Romani Pontifices certavęre, nec adhuc glorioso certamini finis impositus, cum in dies decori, & elegantię novus decor accedat. Nec in ornanda solũ certatim elaborarunt, sed etiam in augenda: adeũt fan. mem. Paulus V. Gręcę Crucis figuram, quam eidem novę Basilicę celeberrimus Architectus Bramantes dederat, producto anteriori brachio, seu pede in formam Crucis Latinę, Antonio Sangallo Architecto converterit. Sed hisce de rebus plurima discas ab iis, qui eadem operosiori calamo prosequuti. Pręcipuę verõ à bon. mem. Joanne Baptista Costaguti Seniore fel. record. Pauli Papę V. Domus Pręfęcto, qui anno 1620. ejusdem Basilicę tam exteriores, quã interiores partes æneis, magnisque Tabulis delineari, ac notis illustrari, publicique juris fecit, & cum ob illarum raritatem, atque excellentiam magno haberentur in pretio, illas denuõ imprimi voluit Illustris. & Reverendis. D. Joannes Baptista Costaguti Junior, Collegii Illustrissimorum, & Reverendissimorum DD. Clericorum Camerę Apostolicę Decanus, quique ad præsens meritõ Purpurã decoratus, Eminentię titulo gaudet, cuique nos devinctos esse fatemur, cum uno ex illis exemplaribus nostrum literarium ditaverit

A Musæum. Nos enim plurã de nova Basilica tradere jure fugimus, cum unicę de vetustis Ecclesiis agere, jam ab initio operis, proposuerimus. Quapropter, ut ad ea, quę ad nos attinent, revertamur, ab exterioribus antiquę hujus Ecclesię partibus, ad internas, ac singulares transibimus, & ab earum digniori, videlicet ab Altari Majori, inchoabimus.

S E C T I O I.
De Altari Majori S. Petri, & iis quę erant in Basilicę Abside, sive Tribuna.

1. STABAT jam mole non minus, quã cultu spectabilis Vaticana Basilica, Constantinianę pietati, ac magnificentię par opus, cum in decora nobiliora pius Cęsar incumbens, aram maximam, ad Basilicę caput, majori Tribunę, navique transversę mediam, excitavit, ut indicatur in Tabul. VII. Ichnographica, sub num. 1. Hanc aram S. Sylvester marmoream, stabilemque ædificari suasit, cum antea è ligno, mobilibusque in Altaribus celebraretur, ut huc illuc, urgentibus persecutionum procellis, asportarentur, illamque, Chriftate sacro delibutam, consecravit, jussitque in posterum, hęc ipsa, in Altarium structura, & consecratione, servari. Quadruplici angulo istius arę, quatuor eximię speciei columnas è porphyrite, apposuit, quę nobilissimum argenteum tegmen, sive suggestum deauratum fulcirent, à quo circumquaque Cherubim turba pendebat.

In hujus altaris interno sinu, Sanctissimum corpus B. Petri, reconditum fuit.

fuit, ex loco humiliori latum, ubi prius unâ cum successoribus suis, Lino, Cleto, Anacleto, Evaristo, Xysto, Telesphoro, Higino, Pio, Eleutherio, & Victore dormierat. Argentea theca deaurata, sacrum tuebatur depositum, cujus in munimine, alia exterior addita fuit ex ære, cuproque firmissima, latitudine, ac longitudine quinque pedes non excedens. E loculi superiore planitie fulgida, eminebat Crux, centum, & quinquaginta librarum pondus, ex auro puro, pictoque, in qua nigro caractere hæc scripta legentur.

Constantinus Augustus,

Et Helena Augusta

Hanc domum regali simili fulgore

Coruscantem, auro circumdabant.

Vel ut alii scribunt: *Const. Aug. & Hel. Aug. fecerunt.* Totam deniq; absidē figuris elegantissimis, opere vermiculato elaboratis, ornavit. Absidem hanc temporis diuturnitate collabentem, Severinus Summus Pontifex anno 638. refecit, ut Bibliothecarius, in in ejusdem Pontificis vita, narrat. *Hic renovavit absidam B. Petri Apostoli ex Musivo, quod dirutum erat.* Licet Musivum opus pictura æterna asseri valeat, ut diximus in nostro opere de Vet. Monim. nihilominus irreparabile tempus, suâ longâ annorum serie, omnia etiam durissima saxa immutat, & terit, necnon ad nihilum redigit. Ita hujus absidis Musivo accidisse comperimus, nam Innocentius III. itidem Summus Pontifex illud restauravit, quod postmodū labens Benedict. XII. iterum in pristinam restituit formam, Jotto illorum temporum celebri Pictore, & Musivario, Florentia ad hoc peragendum opus, evocato, ut narrat

A Turr. pag. mihi 62. Quale verò demolitionis tempore antiquæ Basilicæ Musivum fuerit, ex sequenti Tab. XIII. conjicies.


SECTIO II.

De Musivis operibus in Abside, sive Tribuna Vaticanae Basilicæ olim extantibus.

B SUPRAMEMORATÆ Absidis, seu Tribune, quæ in laudata Basilica olim erat, in ejusdem Basilicæ Archivo, magno in pergameno coloribus apprimè delineatum, asservatur exemplar, cui in calce apposita est fides publici Notarii, de collatione cum originali factâ, antequam à Xysto V. fel. record. ut Turrigius narrat, Musivum dirueretur. Absidis præfatæ exemplum diligentissimè delineari fecimus, ac illud in Tab. XIII. sub oculis exponimus, ut Lector curiositati suæ, contemplando, magis indulgere valeat. Ibi in arcus summitate parva visitur Crux, & juxta illam manus quasi è cælo erumpens, complicatis interioribus digitis, benedictionem in Græca forma, impartiens. Dixi in Græca forma, nam Græci secundum digitum dexteræ manus, & tertium secundo junctum, rectos protrudunt, licet tertius leviter, ac paululum in medio flectatur. Quæ manus dispositio efficaciter denotat, & quasi imagine quadam exprimit nomen Jesus; etenim secundus digitus, dum rectus extenditur literam I, denotat, tertius paululum inflexus elementum C, describit; quæ literæ I. C. simul junctæ, ejusdem Jesus nomen, expriment. Idem dicitur de pollice, qui si cum quarto jungatur digito, ac paululum,







Faint, illegible text at the top of the page, possibly bleed-through from the reverse side.

TITULO II

Faint text block following the section header.

Faint text block, possibly containing a list or numbered items.

Faint text block.

Faint text block.

Faint text block.

Faint text block.

Faint text block at the bottom of the page.

lulurn; & in obliquo five transverso super hunc imponatur; ex hac conjunctione, quasi litera X. resultat. Quintus tandem, scilicet auricularis, si aliquantisper flectatur, literam C. figurat, quæ apud Græcos eadem est ac S. Unde si X. & S. simul jungantur, abbreviatè Christi nomen exprimunt. Quare sic complicatâ manu in benedicendi actu, ut scribit Raynaudus de Attributis Christi sect. 4. cap. 9. num. 733. **J**esus Christi nomen efformatur. Hujus manus in benedicendi actu compositionem, figurâ expressit Dominicus Macrus in suo Hiero-Lexico, in voce *Cruce*, at contrariam figuræ explicationem appofuit, dum dixit, quòd pollex cum auriculari conjungitur, & per hos digitos duo alphabeti elementa denotari, nempe A. & Ω. quæ principium, & finis significant. Nihilominus in figura, pollex cernitur cum auriculari conjunctus. Similem manum in marmore cælatam observavi in quodam quadrato lapide, variis sacris ornato figuris, in Ecclesia S. Mariæ in Aventino, nunc Prioratus Urbis, qui lapis, occasione restorationis ejusdem Ecclesiæ, ab Eminentissimo, & Reverendissimo D. Cardinali Benedicto Pamphilio splendidè factæ, extra januam ejusdem, jacet. Hæc de forma complicandi manus digitos in benedicendi actu, à Græcis observata. Modò ad Latinorum formam me converto. Nos autem Latini, Crucem dexterâ manu, formamus, pollice, indice, ac medio extensis, ad denotandum Trinitatis mylterium, reliquis verò duobus digitis contractis. Manum in hoc emblemate expressam fideliter ad prototypum delinearî fecimus, at erratam esse putamus, aut ex Pictoris, five Musi-

varii errore, aut ex restauratoris culpa. Hujus Musivi area multis stellulis disseminata cernitur, in medio est Salvator in throno sedens, qui dexteram elevatam, in benedicendi actu, complicato pollice cum annulari, tenet: sinistra manu librum clausum stringit, qui Librum Vitæ, scilicet Electorum denotat; de quo in Apocalypsi cap. 20. num. 15. *Qui non inventus est in Libro Vitæ scriptus, missus est in stagnum ignis.* Et in eodem cap. num. 11. de throno legitur: *Et vidi thronum magnum candidum, & sedentem super eum.* Consuevère enim prisca Fideles multa ex Apocalypsi desumere, figurisque adumbrare; ut fusiùs notavimus in nostro opere de Veteribus Monumentis cap. 24. Caput diademate ornatum, in quo Crucis signum expressum est, Salvator habet. Diadema enim in eodem cap. 24. Regni, five Imperii symbolum esse etiam diximus; Crucèque in eo expressam, nil aliud denotare arbitror, quàm Regnum Redemptionis, mediante Cruce, acquisitum. A dextro capitis latere duæ cernuntur literæ, scilicet IC; quæ Jesum significant; in sinistro verò aliæ duæ literæ nempe XC. expressæ sunt, quæ Christum denotant, ut supra diximus. Ad dexteram Salvatoris stat S. Paulus, pallio involutus, ex quo dexteram emittit, quasi cum Salvatore colloquens, sinistra volumen apertum tenet, in quo legitur. *Mibi vivere Christus est.* Hac desumptâ epigraphe ex ejusdem D. Pauli ep. ad Philipp. 1. 20. à tergo hujus figuræ, perpendiculari ordine, Græcis characteribus, abbreviatè legitur, ut in Tab. XIII. conspici valet, quæ denuo characteribus Latinis, eodem perpendiculari modo, ante faciem sancti exprim-

muntur, nempe *Sanctus Paulus*. A sinistra verò stat *S. Petrus*, qui dexteram subtus è pallio elevat, ac manum in benedicendi actu tenet, pollicem cum annulari constrictum habens: sinistra duas claves pendentes gerit, quæ ligandi, & solvendi potestatis symbolum sunt. Ex eodem itidem brachio, volumen apertum pendet, in quo legitur: *Tu es Christus Filius Dei vivi*: quæ illa fuit ab hoc Apostolo facta confessio, ut narrat Evangelista *Matthæus* cap. 16. vers. 16. quæ placuit Magistro, undè illam reportavit responsionem: *Tu es Petrus & super hanc petram edificabo Ecclesiam meam, & tibi dabo claves Regni Cælorum, & quodcumque ligaveris super terram, erit ligatum, & in Cælis, & quodcumque solveris super terram, erit solutum, & in Cælis.* Quæ verba, ad expressum clavium symbolum, respectum habent. Ante hujus imaginis faciem, itidem characteribus Latinis, perpendiculari formâ, nomen Apostoli expressum est, videlicet *Sanctus Petrus*, & à tergo Græcis characteribus eodem modo visitur, licet penultima litera, sive ex Pictoris, sive ex Musivarii culpa errata, cum loco O, G, utpote etiam ultima S. in verso ordine, expressa sit. Ex earumdem figurarum utroque latere, duæ magnæ Palmarum arbores attolluntur, quas mysterio minimè carere judico, nam Palma Iudææ Regionis symbolum est, ut ex nummis Vespasiani, & Titi argui potest, ubi quædam mulier sub arbore Palmæ sedens, veluti lacrymans cernitur, cum epigraphe: *Judea capta*. In hoc notat nummo eruditissimus Antonius Augustinus in suis Dialogis, arborem hanc Iudææ attribui, quia Phœnicæ, quæ Palmis abundat proxima est. Quare hoc in nostro emblemate, Regionem illam denotari puto, in qua Salvator noster *D. Jesus Christus* natus, & cum hominibus conversatus est. Campus, sive area, sub harum figurarum pedibus, nonnullis tabernaculis, arbusculisque, & figuris in diversis actibus expressis, ornatus cernitur. Diu super eisdem figuris meâ mente revolui, quid significare valerent, illasque etiam eruditis ostendi amicis, sed nec ullam explanationem appropriari posse existimavimus. Quare potius ad Pictoris, seu Musivarii placitum, quàm ad ullum demonstrandum symbolum fuisse expressas, judicavimus. His igitur omissis, ad duos Cervos, qui ad fontes properant, subtus Christi pedes emanantes, me converto. Quales isti sint fontes, sub ipsis eorum scripta sunt nomina, idest *Gion, Phison, Tigris, Euphrates*; qui quatuor illa sunt magna flumina, quæ nos Sacra docet Scriptura *Genes. cap. 2.* è terrestri Paradiso exire. Cervi autem, qui ad dicta tendunt flumina, non nisi Fideles denotant, ut fusè Beatus Bruno, in expositione *Psalm. 41.* *Quemadmodum desiderat Cervus ad fontes aquarum &c.* cum aliorum antecedentium Patrum auctoritate, sic declarat. *Non immeritò hoc animal comparatum est Fidelibus, est enim primò innoxium, deinde velocissimum, tertio siticulosum. Serpentes naribus trahit, quos ut voraverit æstuante veneno, ad fontem festinat. Hoc nos admonet, ut quando venena haurimus antiqui serpentis, ad fontem divine misericordie festinemus. Fons enim semper irriguus est Christus, unde non dixit ad fluentia, quia siccari possunt: fons autem semper fluit. Homo ergo Ecclesie, qui diu in actu*

aëtu venenosa degebat, cum hunc gratiâ Dei videns derelinquere cupit, clamat: Quemadmodum &c. Ut penitentiâ ablutus gloriam Dei videat. Hæc de superiori Musivi emblematis parte, si-
ve segmento, accedo ad inferiorem.

In hujus medio visitur gemmatus thronus, non multò ab similibus illi, quem Xystus III. in Ecclesia S. Mariæ Majoris appingi curavit; de quo aliqua notavimus in cap. 22. nostri Operis Veter. Monument. Part. I. In præsentis throni area, Crux gemmata expressa est, in cujus pede visitur veluti pulvinar; sub Cruce stat Agnus diadematus super montem, è cujus pectore, pedibusque quinque defluunt rivuli in flumen, quod ad montis decurrit radices, quodque deinde per latera expanditur. Symbolum hoc Casalius in suo erudito tractatu de Vet. Sac. Christ. Rit. part. prima cap. 1. refert, notisque illustrat, asserendo; quòd eo tempore, quo Crucis supplicium in reos, & latrones apud Gentes frequens erat, Christifideles magna circumspèctione Christi patientis imaginem Cruci affixi exprimebant, quare hanc exponebant gemmis, margaritisque ornatam, ut Ecclesia canit.

O Crux splendidior cunctis astris.

Similem Crucem gemmatam habemus in Ecclesia Sanctæ Pudentianæ, ac Basilica Lateranensi, de quibus suo loco differemus.

Ad Crucis pedem stat Agnus sanguinem è pectore effundens in calicem, & ex isto in proximum rivulum defluentem, utpote etiam sanguis, è pedibus emanans, per rivulos in subjectum flumen decurrit. Quæ omnia, non nisi Christi Cruci affixi, quinque vulnera sanguinem emittentia, demonstrant. In præfata enim Christi Cruci-

affixi imagine exprimendâ præci Fideles fragilitati recentium initiatorum, aliquando indulgere existimarunt, cum, si-
ve ex Judaismo, si-ve ex Gentilitate, ad Christi fidem, converterentur; accidebat, ut ex his multi erubescerent Christum Crucifixum, uti Deum adorare, cum eadem die, vel paulo ante, latronem, aut alias criminis reum in Cruce pendentem, inspexissent, ut innuit Apostolus I. Corin. 1. *Nos autem prædicamus Christum Crucifixum, Judæis quidem scandalum, Gētibus autem stultitiam.* Supra relatum symbolum indicavit S. Paulinus Episcopus Nolanus ep. 12. ad Sulpitium scribens.

Sub Cruce sanguineâ niveo stat Christus in Agno

Et paulo post.

Sanctam fatentur Crux, & Agnus victimam.

Agnus hic expressus, illum Agnum mansuetum representat, de quo Isaias cap. 53. 7. *Sicut ovis ad occisionem ducetur, & quasi Agnus coram tondente se obmutescet, & non aperiet os suū.* Quod etiam his verbis indicavit Præcurfor Joannes: *Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi.* Ad hoc igitur hieroglyphicum Innocentius III. Summus Pontifex Musivi operis restaurator, in lib. 4. cap. 44. mysteriorum Missæ respiciens, sic fatur: *Non enim solum laudit nos Christus à peccatis nostris sanguine suo, quando sanguinem suum fudit in Crucis patibulo, verum etiam quotidie nos lavat à peccatis nostris in sanguine suo, quando ejus sanguinem accipimus in calicis poculo.* Nec durum nobis esse debet, quòd fragilitati veterum illorum Fidelium indulgerent Sancti illi Patres circa ritus, qui directè Christianæ Religioni non repugn-

gnarent, quoniam suaviter ad verum cultum erant ii alliciendi, ut innuit Magnus ille Gregorius lib. 9. ep. 71. scribens ad Mellitum Abbatem, sic enim inquit: *Nam duris mētibus, simul omnia abscindere, impossibile esse, non dubium est, quia is, qui locum summū ascendere nititur, necesse est, ut gradibus, vel passibus; non autem saltibus eleuetur. Sic Israelitico populo in Ægypto Dominus se quidem innotuit; sed tamen eis sacrificiorum usus, quos diabolo solebant exhibere, in cultu proprio reservavit: ut eis in sacrificio suo animalia immolare præciperet quatenus &c.* Hinc est quod plurimi similes ritus, sive Hebræorum, sive Gentium, perseverarunt etiam apud priscos illos Fideles, sicuti, & alii similes à Summis Pontificibus, aliisque Sanctis Patribus, in Christianam reducti Religionem, ut in eadem D. Gregorii exprimitur epistola.

Consuetudinem hanc, appingendi Agnum, servatam fuisse deducitur usque ad Conciliabulum Quinifextum, sive Trullanum celebratum anno 692. vel ut Petavio placet, anno 707. in quo Can. 82. decretum fuit, loco Agni, ut Christus in Cruce, in hominis figura pingeretur. Hæc de præcipuo symbolo in hoc secundo ordine expressio; modo ad alias in eodem contentas figuras devenimus. Ad dexteram throni, quæ est sinistra intuentium stat Vir, Casulâ, juxta tamen antiquam formam, indutus, Pontificiâ Thiarâ, & ex ea pendentibus lemniscis, caput ornatum, ac super humeros pallium gerens: quis iste sit Vir, conjunctæ literæ indicant, nempe *Innocentius Papa III.* qui, ut diximus, hujus Musivi operis restaurator fuit. Consuevere enim antiqui Pictores in hujusmodi operibus, illius

A Pontificis effigiem exprimere, qui tale opus construi mandabat. In opposita autem parte, scilicet sinistrâ stat mulieris effigies, manicatâ veste usque ad talos demissa, indutâ, ac super humeros birrum, vulgò *Mozzetta* deferens; caput quodam byreto, veluti Ducalis corona, redimitum habet: in dextera manu hastam, in summitate Cruce insignitam, gestat, ad cujus pedem vexillum volitat, in quo duæ claves expressæ cernuntur; alterâ verò manu librum ad pectus stringit. Quid per hanc denotetur figurâ, appositæ ibi literæ demonstrant, scilicet *Ecclesia Romana*: prope, & à tergo hujusmodi figurarum, duæ attolluntur arbores, quæ potius Palmam, quàm aliam plantam representant; rami ita sunt dispositi, ut ellypsim, scilicet ovalem formam exhibeant; in cujuslibet medio stat avis, cujus autem sit generis, ob illius parvitatem discerni minimè potest.

C Quid arbores hic depictæ, avesque ibi stantes significant, difficile admodum redditur explicare: diu etenim quæsi, sed nil adveni; existimavi propterea, has arbores, & aves, sicuti in superioris partis area, de tabernaculis, aliisque figuris dixi, ad Pictoris, sive Musivarii placitum, atque ornatum expressas fuisse.

D In hujus inferioris partis extremitate, dexteroque loco, respectu Salvatoris quædam visitur civitas, quæ Hierusalem representat, ut conjunctæ denotant literæ. Pendentes lampades sunt in summitate arcus portæ, in hujus medio stat Agnus, sive ovis exitura, quam aliæ quinque præcedunt. In opposita verò, sive sinistra parte, eadem cernuntur figuræ, nomine tantum civitas discrepat, cui Betleem appositum

tum fuit . Quid per civitates, quidque per lampades istas antiqui Patres ostendere voluerint, diximus in nostro opere de Veter. Monim. par. I. cap. 21. ad quod benignum Lectorem remittimus . Superest modò de Agnis, sive ovibus aliquid exponere . Cum igitur Sacra in Scriptura, apud dilectum Christi Discipulum, veritatisque scriptorem D. Joannem cap. 21. 15. habeamus quòd Jesus dixit Petro : *Simon Joannis diligis me plus his ?* Respondit Petrus : *Tu scis, quia amo te :* & Jesus, ut prius subjunxit : *Pasce Agnos meos .* Tertioque Jesus interrogavit Petrum, an eum amaret, Petrusque respondit : *Domine tu omnia nosti, tu scis quia amo te ;* & Jesus dixit : *Pasce oves meas .* Igitur per Agnos, & oves Fideles denotantur . Idem confirmat B. Eucherus Lugdunensis Episcopus, qui floruit in principio quinti sæculi lib. 1. cap. 4. prope finē Formularum Spiritualium ; hic per oves asserit, populos Fideles denotari, de quibus in Evangelio Joannis 10. 27. *Oves meæ vocem meam audiunt .* Agni enim Christum, vel Apostolos, aut Sanctos significant . Durandus verò in suo Rationali Divin. Offic. lib. 1. cap. 3. num. 10. describit varias mysticas formas appingendi Apostolos, inter, quas sub forma duodecim ovium aliquando expressos fuisse, affirmat, quæ præsentis Musivo operi adaptatur . Et hæc satis de illius explanatione . Epigraphe sub eodem apposita est, quam referre supervacaneum duco, cum in exemplari legi possit . Ac ut Lectori magis innotescat nostri animi candor in his concinnandis operibus, & in illis describendis, suprælatam fidem à Notario publico exaratam, de collatione exemplaris cum ori-

ginali, antequam istud dirueretur facta apponimus, quæ tenoris est sequentis .

In nomine Domini. Amen .

*Per hoc præfens publicum descriptionis Cappelle Sanctorum Petri, & Pauli instrumentum, cunctis pateat evidenter, & sit notum, quòd anno à Nativitate eiusdem Domini millesimo quingentesimo nonagesimo secundo, Indictione quinta; die verò tertiâ Augusti, Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris, & D. N. D. Clementis Divinâ Providentiâ Papæ Octavi anno ejus primo . In mei Notarii publici, testiumque infrascriptorum ad hæc specialiter vocatorum, & rogatorum præsentia, præfens, & personaliter constitutus R. D. Marcus Antonius de Magistris Canonicus, & ad præfens alter ex majoribus Sacristis Basilicæ Sancti Petri de Urbe, requisivit me Notarium, quatenus, ex Cappella, seu Tribuna existente supra Altare majus Basilicæ Sancti Petri subtus Cuppulam magnam dictæ Basilicæ, quæ Tribuna modò demolitur, describerem statum, & inscriptiones, quæ ibi reperiuntur ; unde ego Notarius, tamquam obedientiæ filius, ad dictam Cappellam, seu prope illam, unâ cum infrascriptis testibus, me contuli, & unâ cum eisdem testibus legere scientibus, dictam Cappellam, seu Tribunam diligenter vidi, inspexi, literasque in eis descriptas perlegi, prout etiam infrascripti testes viderunt inspexerunt, & perlegerunt . In primis in summitate dictæ Cappelle, seu Tribune adest imago Sanctissimi Salvatoris in throno sedentis ex Musaico confecti, ad cujus dexteram est imago Sancti Pauli habentis in manibus librum cum his verbis videlicet : *Mihi vivere Christus est ;* & à sinistris imago S. Petri etiam ex*

Musaico confecti habentis in manibus li-
brum, cum his literis videlicet; Tu es
Christus Filius Dei vivi. Subtus dictas
imagines ad manum dexteram, apparet
etiam ex musaico confecta imago, Inno-
centii Papæ Tertii, cum pallio, & Regno,
& à sinistris Ecclesia Romana, in perso-
na muliebri, habens in manibus crucem
cum insigniis, in quibus adsunt claves
extense, etiam ex musaico confectæ. Sub-
tus dictas picturas, seu imagines San-
ctissimi Salvatoris, & Sanctorum Pe-
tri, & Pauli: adsunt etiam ex Musaico
confecti duodecim agni, & in medio il-
lorum est agnus cum diademate etiam
ex Musaico confectus. In capitibus, &
extremitate laterum dictæ Cappelle, ad-
sunt ex Musaico confectæ Civitates,
Hierusalem ad manum dexteram, & à
manu sinistra Bethelam, cum literis id-
dicentibus etiam ex Musaico. Ab ima-
gine Sanctissimi Salvatoris, & agni dia-
demate ornati, profluunt flumina vide-
licet Gion, Phion, Tigris, & Eufrates.
Subtus suprascriptas imagines, & pictu-
ras adsunt ex Musaico, in literis maju-
sculis confecta hujusmodi carmina, vide-
licet: Summa Petri sedes est hæc sacra
Principis ædes. Mater cunctarum decor,
& decus Ecclesiarum. Devotus Christo,
qui templo servit in isto. Flores virtutis
capiet, fructusque salutis. Quæ omnia
ego Notarius, & testes infrascripti vi-
dimus, & diligenter inspeximus, super
quibus omnibus, & singulis præmissis
petitum fuit à me Notario publico infra-
scripto, ut unum, vel plura, publicum,
seu publica conficerem instrumentum, &
instrumenta, prout opus fuerit. Actum
Romæ ubi supra, præsentibus ibidem, au-
dientibus, & intelligentibus his vide-
licet R. D. Tiberio Alfarano Presby-
tero Hieracen, Clerico dictæ Basilicæ,

A D. Joanne Fabri Presbytero Aretino, &
D. Joanne Bugino Romano, testibus ad
premissa omnia, & singula vocatis, ha-
bitis specialiter, atque rogatis.

Et ego Quintilianus Gargarius No-
tarius Capitolinus, de præmissis rogatus,
præsens publicum instrumentum, aliena
manu fideliter scriptum subscripsi, &
publicari, signumque meum apposui so-
litum, & consuetum.

Loco † Signi.

SECTIO III.

De Confessione D. Petri.

2. **P**ost Aræ majoris, Absidisque
descriptionem, inferius de-
scendendi occasio se præbet, cum in
locum, qui D. Petri Confessio, ab Ec-
clesiæ incunabulis, usque ad hæc nostra
tempora merito vocitatur; quoniam
ibi, ut Severanus de septem Urbis Ec-
clesiis, nonnullorum veterum Scri-
ptorum testimonio ostendit, Apostolo-
rum Princeps Evangelicam veritatem,
Christianamque fidem publicâ confes-
sione, ac Martyrio asseruerit, & con-
firmaverit. Parvulam hinc ædem olim
Christiana pietas extruxit, ut Apосто-
licæ fortitudinis, fideique memoria in
ipsis sedibus, ubi enituit, perennaret.
Ad locum hunc, veluti ad Ecclesiæ fun-
damentum, stabilemque petram pe-
regrini Fideles à toto Terrarum Orbe
venerabundi accedebant, divinisque
mysteriis, necnon Sacramentis reficie-
bantur. Ædiculam hanc quæ in eadem
Tab. VII. sub num. 2. demonstratur,
B. Petri in dignitate, ac sanctitate suc-
cessor Anacletus ampliavit, exorna-
vitque; ut ex Pontificali libro, ac hu-
jus Pontificis vita deducitur, ubi legi-

tur:

TAB. XIV



pag. 49.

[Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text is arranged in several columns and is too light to transcribe accurately.]

tur: *Hic memoriam B. Petri construxit, & composuit, dum Presbyter factus fuisset à B. Petro.* De hoc loco, ac illo ubi Doctor Gentium S. Paulus sepultus fuit, Cajus, sive Gajus Theologus, qui temporibus Zephyrini Pontificis, scilicet anno 205. vixit, teste Eusebio lib. 2. cap. 25. sic loquitur: *Ego verò Apostolorum tropæa possum ostendere, nam sive in Vaticanum, sive ad Ostiensem viam pergere libet, occurrent tibi tropæa eorum, qui Ecclesiam illam fundaverunt.* Per tropæa laudatus Cajus memorias intelligere voluit, scilicet Apostolorum sepulcra, quæ tropæa appellavit, tamquam victoriæ signum de Christianæ fidei subactis hostibus.

De hujusmodi memoriis Optatus Milevitanus, qui anno 368. floruit lib. 2. pag. mihi 38. sic loquitur *Ecce presentes sunt ibi duorum memoriæ Apostolorum. Dicite si ad has ingredi potuit: ita, ut obtulerit illic, ubi Sanctorum memorias esse constat.*

Quum feliciora secula Christianæ illuxere Reipublicæ; regimenque Terrarum Constantinus Augustus excepit, Basilicæ capacioris molem, Cæsareâ magnificentiam, à fundamentis erectam, veteri ædiculæ circumduxit, ipsamque Confessionem, prodigâ in Principem Apostolorum liberalitate, ornamentis quibusvis, donariis pretiosissimis, redditibusque locupletavit, quæ omnia in hujus dissertationis calce ad literas, mm, apponam.

Tanta fuit apud omnes omni tempore Confessionis prædictæ sanctitas, ut Imperatores, Regesque pacificè Romam accedentes, post exteriores, Basilicæ gradus flexo genu superatos, (de quibus jam supra differuimus) sepulcrum B. Petri pari modo adirent,

A ibi sceptrâ, & diademata venerabundi deponerent, seque, & sua Regna Principi Apostolorum offerrent, ac subderent; ut ex variis Auctoribus collegit Paulus de Angelis in suis Adnotationibus ad Descriptionem Veteris Basilicæ Vaticanæ n. 51. Plerique etiam Peregrinantium, cum in sacri hujus arcani foribus adessent, pio quodam horrore correpti, trementesque ingredi ulterius præ religione non audebant. Porro has fores ad seculi duodecimi finem Innoc. III. cancellis æneis obsecuravit, cum Icone Salvatoris exigua coronata, mysticis hinc inde sacrorum Evangelistarum figuris, Homine nempe, Bove, Leone, & Aquilâ expressis, ut refert Turrig. de Crypt. Vatican. parte 2. cap. 8. pag. 463. & ipse videlicet aliquâ ex parte dilapsa sit. Salvatoris etiam imago pulcherrimi Musivi operis in quodam loculamento cernitur intus Confessionem, cujus Iconem, cum paucissimis sit conspicua, exhibeo in Tab. XIV.

Non abs re erit, si ab instituta oratione aliquantisper deflectam; nam nonnulli latinæ linguæ Professores, Servatoris vocem, ab aliquibus pro Salvatore usurpari observârunt; cujus vocis etymon assignat, Latinæ Græcæque linguæ peritissimus Paulus Manutius in Act. 2. lib. 2. in Verrem, ubi: *Quo patet communis error eorum, qui Jesum Christum Servatorem appellant. Aliud enim est servare, aliud salutem dare. Servat is, qui ne salus amittatur, aliquâ ratione præstat; salutem dat, qui amissam restituit; quòd si Servator non est Soter, quia minus valet, necesse est Salvatore appellare, quòd ὁ σωτὴρ græcè dicitur, usurpato in re nova novo verbo quod veteres quoque probârunt.* Paulum

sequutus est Angelus Rocca in suis observationibus linguæ Latinæ in capite, *Delle osservazioni intorno alle regole del comporre le Pistole latine*, in principio. At unde discessit oratio eò revertatur.

Ipsi Romani Pontifices, cum ad præfatam Confessionem processissent, ac si B. Petro cederent, cæterisque, & Populo fierent æquales, veluti depositâ Pastoris auctoritate, supremo præsentente Principe, se coargui patiebantur; quod factus fuit Sanctus Gregorius Magnus, cum dixit: *Si quis nos redarguere velit, veniat ad Sedem Apostolicam, ubi ante Confessionem mecum justè decernet*: ex Ms. Bibliothecæ Vaticanæ. Ac Sanctiss. Pontifex Leo III. qui ab inimicorum calumniis, coram Synodo hac in eadem Basilica habitâ se purgare volens, Ambonem ascendit, & in hunc modum, ut refert Baronius ad annum 800. n. 7. factus est: *Notares est, fratres charissimi, malos adversum me homines insurrexisse, meque, ac vitam meam gravissimis criminibus infamasse. Cujus rei cognoscendæ gratiâ Clementissimus hic; ac Serenissimus Rex Carolus, unâ cum Sacerdotibus, & Principibus suis in hanc Urbem se contulit. Quamobrem ego Leo Pontifex S. R. E. à nemine judicatus, neque coactus, sed meâ voluntate impulsus purgo me, presentibus vobis coram Deo, & Angelis ejus, qui conscientiam novit, & B. Petro Principe Apostolorum, in cujus conspectu consistimus, neque sceleratas res, quas mihi obiiciunt perpetrasse, neque perpetrari jussisse, Deum testans, in cujus iudicium venturi sumus, & in cujus conspectu consistimus. Et hoc facio, non legibus ullis obstrictus, neque hanc consuetudinem, aut decretum in Sancta Ecclesia Successoribus meis, &*

Afratribus Coëpiscopis imponere cupiens, sed ut certiùs iniquis vos suspicionibus liberem.

In hac denique Confessione quibusvis ætatibus tam Pallia, quæ Patriarchis, & Archiepiscopis, ac etiam nonnullis Episcopis in signum plenitudinis Pontificalis officii mitti consueverunt, quàm etiam quædam Sanctuaria, Patrocinia, & Brandea, ac etiam Palliola, sive vela, sic diversis nominibus appellata, immitti antiquitus mos fuit, qui mos, sive ritus sic peragebatur.

In ædicula, quam Confessionem dicimus, ac pavimenti medio aperiiebatur quadrangulare foramen, vel Billicum, ut Bibliothecario placet, qui inter egregia Benedicti III. opera operatum fuisse ab hoc Pontifice enarrat, tribri laminâ ex auro purissimo. Sanctus verò Germanus in Epistola ad Hormisdam Pontificem, primam cataractam appellat, cum inferiori alteri responderet, quæ propior corpori Apostolico patebat, & cataracta secunda vocitabatur. Per hæc igitur duo foramina, seu cataractas, lanæ, quæ diximus, subalbi coloris Pallia, quatuor crucibus brevioribus, antiquitus rubeis, postea nigris coloribus distincta, in loculum corporis B. Petri manu Presbyterorum demittebantur, unde brevi recepta, suctis, piisque cæremoniis Summus Pontifex consecrabat. Hæc deinde Patriarchis, Archiepiscopis, nonnullisque de Apostolica Sede optimè meritis Episcopis, in pretiosissimū munus, & potestatis plenissimæ, dignitatisque argumentum, & insigne tradebantur. Et adhuc hodie mos iste observatur, concipiturque Pallii traditio his fermè verbis: *Ad honorem Dei omnipotentis, & Beatæ Mariæ Virginis,*

nis, ac Beatorum Apostolorum Petri, A
 & Pauli, & Domini Nostri N. Papæ
 N. & Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, necnon
 N. Ecclesiæ tibi commissæ, tradimus tibi
 Pallium de corpore B. Petri sumptum,
 plenitudinem videlicet Pontificalis offi-
 cii, ut utaris eo infra Ecclesiam tuam
 certis diebus, qui exprimuntur in pri-
 vilegiis ei ab Apostolica Sede concessis. Si
 quis verò de Archiepiscopali Pallio;
 deque eorundem ritu, & forma bene-
 dictionis, plura desideret, adeat Nico-
 laum de Bralio, qui peculiarem super
 hoc edidit Tractatum.

Quod verò fidem excedit veluti
 prodigiosum de supranarratis Sanctua-
 riis, seu Palliolis legitur apud D. Gre-
 gorium Turonensem lib. 1. cap. 28. de
 glor. mart. Palliola in sacrū Sarcopha-
 gum immissa, ac si spirituali, & Apo-
 stolica quadam virtute imbuerentur,
 magis, minusque gravia pro peten-
 tium, & orantium pietate, ac fide inde
 elevari observatum olim fuisse.

3. 4. In extremo pariete, supra me-
 moratæ absidis, idem Religiosissimus
 Cæsar Romani Pontificis sedē, seu thro-
 num marmoreum, Musivis signis ex
 auro, & cælaturis mirabile sublimavit,
 ac utrumque prædictæ sedis, sive thro-
 ni Pontificis latus idem Imperator fe-
 dilibus humilioribus, sed marmoreis,
 & elegantibus circumsepsit in commo-
 dum, honoremque Sacerdotum Pon-
 tifici ministrantium, dum sacra Deo
 Super Altare B. Petri peragerent.

S E C T I O I V.

De Altaribus, Oratoriis, & aliis, quæ
 erant in transversa Basilicæ Navæ.

5. ANTE frontem Aræ maximæ,
 quam descripsimus, duodecim
 columnæ surgebant, è Pario marmore
 elegantissimæ, quas Constantinus, ut
 scribit Alpharanus, è Templo Salomo-
 nis evectas, ut Sanctuarium constitue-
 rent, inibi collocavit; earum autem
 uni tantam Christus Dominus adhæ-
 rendo, dum prædicabat, virtutem
 contactu ipso impressit, ut immundos
 illico spiritus, vel reprimeret, vel fu-
 garet. Has quoque columnas consul-
 tissimus Princeps, ferreis undequaque
 cancellis, auro coruscantibus circum-
 sepsit. Turrigius verò sæpè laudatus
 pag. 283. asserit duodecim istas colu-
 mnas, Romam delatas fuisse, ab Hiero-
 solymis, vel ut alii putant, à Græcia,
 è Dianæ Ephesinæ templo, Constan-
 tini Magni Imperatoris tempore. Nūc
 octo ex illis in pilarum loculamentis,
 quæ Tholum sustentant, binæ in sin-
 gulis collocatæ fuere. Earundem co-
 lumnarum situs, ubi olim positæ in
 Tab. VII. Ichnograph. sub num. 4. in-
 dicatur. Aliæ duæ similes columnæ in
 præsentia in Cappella S. Mauritii, vul-
 gò Sanctissimi Sacramenti appellatæ,
 ad dexteram ingressus, visuntur.

Sanctifs. Pontif. Leo IV. argenteâ
 Salvatoris throno infidētis imaginem,
 super hisce imposuit columnis, duobus
 hinc inde Angelis, atq; insuper duode-
 cim Apostolorū aliorū viginti Sancto-
 rum imaginibus, magnitudine, mate-
 riâque, argenteâ mirabilibus, ordine
 bipartito thronum stipantibus. Intra-

hæc columnarum septa Beatissimus A
 Papa Greg. III. trium supra nonaginta
 Episcoporum Concilium coëgit pro
 sanctarum imaginum cultu, quas im-
 pius Cæsar Leo Isaurus impugnabat,
 quem, uti cæteros pervicaces, anathe-
 mate feriit, & alienum à corpore, &
 sanguine D. N. Jesu Christi, & Eccle-
 siæ totius unitate esse decrevit, ut Bi-
 bliothecarius in ejusdem Pontificis vi-
 ta testatur. Ciaconius verò Concilium
 prædictum in Lateranensi Ecclesia ce-
 lebratum fuisse asserit; quo teste igno-
 ro. Scio tamen pro Vaticano Concilio
 militare marmoreæ tabulæ fragmen-
 tum, quod adhuc in Basilicæ cryptis
 asservatur, in quo incisa pars Bullæ
 legitur hoc in eodem Concilio à dicto
 Beatissimo Pontifice Gregorio editæ.
 At motum hoc dubium dilucidari po-
 test, si asseramus supra laudatum Pon-
 tificem, Romæ duo celebrasse Conci-
 lia; alterum Laterani, alterum in hac
 Vaticana Basilica: in primo enim ce-
 lebrato An. 731. Actum fuit de causa
 Gregorii Apostolicæ Sedis Legati, qui
 epistolam Leoni Imperatori, humano
 terrore motus minimè porrexit. Quare
 cum in hoc ageretur Concilio de cau-
 sa privati hominis, ipsum Concilium
 in Lateranensi Palatio habitum fuit.
 In secundò verò cum ageretur de causa
 Fidei, videlicet de confirmanda anti-
 qua Patrum traditione circa Sacrarum
 Imaginum usum; idè ante B. Petri
 corpus fuit celebratum, de quo etiam
 infra in cap. de Subter. part. Vat. Basil.
 nu. 9. ubi præfatæ Bullæ fragmentum
 asserimus, differemus.

6. Lateri dextro anteriori columna-
 rum, eximium specie Candelabrum,
 ponderis magni Cereum, semper ar-
 dentem sustinebat ut in num. 6.

7. Prope hoc Candelabrum, ut in
 nu. 7. magnum erat marmoreum sug-
 gestum, *Ambo* dictum, supra quod
 Verbum Dei, & Sacrosanctum Evan-
 gelium altâ voce Populo annunciaba-
 tur.

Sed modò ulterius procedere, &
 scitu permulta dignissima intra hanc
 Basilicam, graphicâ descriptione profe-
 qui necessum est.

8. Ab aris igitur, quæ post ferream
 cratem seu cancellos superiùs descri-
 ptos, hinc inde sequebantur, ordiamur.
 In primis autem à dextris Altaris ma-
 joris: alterum stabat altare D. Xysto I.
 Pont. Max. Martyrique sacrum, ut
 in num. 8. Hoc Paschalis I. Papa exci-
 tavit, regimenque mirificum è mar-
 more Musivis, auratisque figuris or-
 natum, & quatuor columnis suffultum
 superiùs obduxit. Inferiùs verò ejus-
 dem B. Pontificis corpus, è Cœmeterio
 Calisti, honorificâ pompâ tumulavit,
 cui post ævi non exigui lapsum socia-
 ta fuere corpora Fabiani I. & Sergii II.
 ut ex epigraphe tumuli, liquidò con-
 stabat.

Non longè ab hoc altari jacebant
 corpora Sanctorum Peregrini Episco-
 pi, & Martyris, & Ceduvallæ Anglo-
 saxonum Regis exuvia; quorum prior
 in Gallia Præfectus, jussu ejusd. B. Xy-
 sti I. nutantes, ob immanem persecu-
 tionum metum, Fideles, verborum,
 pariter, & exempli efficaciam firmavit,
 roboravitque. Alter verò Christianam
 Religionem amplexus, in hac Sacro-
 sancta Basilica lustrali aquâ mundatus
 à Sergio I. Pontifice sanctitate celebra-
 rimo, in Apostoli reverentiam, Petri
 nomine est insignitus, brevique inter-
 vallo obdormiens in Domino, in ca-
 dem Basilica sepultus fuit, de quo plura

scri-

scribit Smitheus in *Histor. Ecclesiast.* A
de *Gestis Anglorum* lib. 2. cap. 6.

9. Huic altari à sinistris aliud re-
spondebat, pulcherrimum quidem,
& sumptuosum, cui ossa Sacratissima
Apostolorum Petri, & Pauli nomen
fecere, quæ à Beato Sylvestro in Ec-
clesiæ consecratione, eodem prorsus
loco supra lapidem, è Porphyrite qua-
drangularem ibi asservatum, divisa
fuisse fama est. Cum enim in Basilicæ
consecratione B. Petri sacra ossa ab iis
Coapostoli Pauli distingui neutiquam
possent, indicto jejunio, & oratione,
cælitus responsum fuit, majora esse ossa
Prædicatoris, minora verò Piscatoris.
Atque ita sanè seorsim à sese mutuò
ossa separata fuere, suisque in Ecclesiis
posita. Ita scribit Joannes Beleth. in
explicat. *Divin. offic.* cap. 138.

Lapis autem iste, in Veteris Basilicæ
demolitione à Julio II. facta, ad eju-
dem Basilicæ calcem, prope Portam
Sanctam, translatus fuit, ut videre est
in *Tab. XVII.* sub lit. D. Idem postea
lapis sacris in Cryptis fuit collocatus.
Denique Anno 1639. 60. mem. Fran-
ciscus Cardinalis Barberinus ejusdem
Basilicæ Archipresbyter Sacrarum me-
moriarum diligens perscrutator, ac
servator, lapidem hunc è Cryptis in
novam Basilicam asportari, ac para-
tati, ad dexteram ingredientium, affigi
fecit, ubi in præsentia aquæ lustralis,
sive benedictæ vas positum est. Hujus
translationis occasione, in quodam
ejusdem marmoris loculo, nonnullæ
reliquiæ cum duobus incensi granis in-
troclusæ, repertæ fuere, quas ex ossibus
SS. Apostolorum Petri & Pauli, ac
S. Sylvestri fuisse nonnulli putarunt;
ut narrat laudatus Turrigius in suis
Trop. Rom. cap. 23.

In honorem deinde amborum Apo-
stolorum idem altare restituit, ac ele-
gantissimè ornavit, amplissimisque
redditibus auxit, tribus Clericis insti-
tutis, qui Choro jugiter, sedulòque
inservirent, Franciscus S. R. E. Cardi-
nalis de Tibaldefschis tit. S. Sabinæ,
cujus cineres propius jacebant unà
cum iis majorum suorum, & olim
maximi fratris Theobaldi Cardinalis.

Venerabilem præcipuè hanc aram
reddiderant privilegia septem Altari-
bus à Pontificibus Maximis impertita.
Quæ olim hujusmodi gaudebant privi-
legiis, præter hoc memoratum, erant
Altare S. Leonis Papæ, SS. Processi, &
Martiniani Martyrum, B. Mariæ Vir-
ginis Greg. III. postea Innocentii VIII.
denominatum, SS. Sudarii, Altare
Mortuorum appellatum, juxta portam
Argenteam; Septimum denique Spi-
ritus Sancti, quod in nomen postea
S. Annæ transivit, prædictæ portæ pro-
ximum. Quicumque autem septem
has aras, eâ quâ par est reverentiâ, ac
pietate quovis tempore visitasset, om-
nes omninò Indulgentias consequeba-
tur, quæ septem Urbis Ecclesias, tam
frequenti Fidelium copiâ, celeberrimas
reddunt; quin festis diebus eæ omnes
in quovis Sacrosanctæ hujus Basilicæ
altari in duplas, triplicatasque excre-
scebant, ut Alpharanus narrat.

10. Medium inter altare descriptum,
& Aram maximam angustum ostium,
ut in dicta *Tab. VII.* num. 10. ducebat
in Polyandrum à tergo subtus Absidè,
Confessionem circumjens, Sanctorum
Pontificum loculis, cineribusque re-
fertum, fœminis inaccessum, exceptâ
secundâ feriâ post Pentecostem, quâ
die ab eodem, sub excommunicationis
pœnâ viri arcebantur.

11. Ingressus autem à sinistris terminum erat altare, ut n. 14. S. Leonis IV. Pont. Sacrum, vetustate, venerationeque, & quod maximum Icone B. Mariæ Virginis clarissimum, summæque religionis. In hoc olim Paschalis Papa II. quatuor Sanctorum Pontificum corpora, nempe Leonis I. II. III. & IV. quàm maximâ pompâ recondidit. Quorum primum, cum Sergio I. Pontifici occultum esset, tandem aliquando in hujus Basilicæ Sacratio repertum fuit. In Ecclesiæ autem veteris, necnon, & altaris istius demolitione, sacra hæc ibi quiescentia pignora, ne minimum quidem, loco dimota fuere.

12. Contigua quoque prædictæ januæ è pariete, urna extabat marmorea capacissima, plumbo, ferroque circumducto munita, ut num. 12. In hac cum requiescere crederetur B. Sylvestri corpus, in Ecclesiæ demolitione cadaver cum infula Pontificia inventum fuit, absque ulla inscriptione, eodemque modo, quo per plurima secula jacuit, relictum.

13. Juxta prædictam urnam, in Occidentem in Basilicæ muro, aperiebatur vetustissima janua, ut num. 13. & in Ecclesiam, Monasteriumque S. Martini præbebat iter, de quo suo loco nobis agendum.

Sub præfata januæ pavimento plurimi erant Pontificum, virorumque maximorum loculi, è vario marmore; in quorum nonnullis Regum exuvias, cum aureo firmate Regni que insignibus penè incorruptis invenere, qui sarcophagos referarunt. Sed neque solum sub exiguo spatio hujus pavimenti, verum per totam Basilicam, præcipue sub ista transversa navi, penè innumera Sanctorum Virorum, ordinis cujuscumque, Sanctarumque deposita reperta sunt, quæ omnia piissimè veneratus Julius II. Pont. Max. in excitanda novæ Basilicæ mole, intacta prorsus reliquit.

14. Præterea januæ jam dictæ con-

Quin imò cum Anno Salutis 1580. Gregor. XIII. Basilicæ pavementum coæquasset sub prædicti Altaris basi, eadem corpora marmoream intra concham optimè obsignatam, cum animi maxima alacritate, reperiit, suamque in Sanctissimos Prædecessores devotam mentem testatus est, extracto super urnam sacello, fornicis artificio, cultusque decore, elegantissimo, in quo, & Eucharistica mysteria confici commodius possent, & à Populis inspectari. Demum hujus seculi exordio per Paulum V. Pontif. in aliud Altare Deiparæ de Columna (sic vulgò appellatum) solenni processione translata sunt. Quod totum liquidò patet ex lapide caractere grandiori exarato, priorique, quo jacuerant loco, reposito.

Ad hujus etiam Aræ radices latebat urna sepulcralis Rainaldi de Urfinis S. R. E. Cardinalis tit. S. Hadriani, & Vaticanæ Basilicæ Archipresbyteri, qui florebat ann. 1370. quam grandis tabula è marmore claudebat, ubi non solum simillima effigies Cardinalis præ-

prædicti cælata erat, sed & vita, mo-
resque metrica hac inscriptione.

Mitis, & affatu dulcis, censuraque
morum,

Iratu vitiiis, placidus virtutibus,
æquus

Omnibus, Ecclesie speculum, lux unica
Romæ,

Unica lux Latii, Sydus, radiusque
Senatus

Cardinei, dedit huic titulos Hadrianus
honoris,

Vita inopu spes, ac Ursine gloria gentis
Egregie Rainaldus humo requiescit in
ista

Corpore, sed cælo meliori parte sereno.

Non abfimilis magnitudine, ac spe-
cie sepulcrali huic Tabulæ, alia effossa
olim fuit in proximo facello, in qua
trium orationum fragmenta legi vix
poterant, quas admirabilis, celeberrimæ
que sanctimonie Pont. Greg. III. in suæ
ipsius animæ suffragium dicendas instituit.
Has referimus infra Sect. XV. De Partibus
Subterraneis, sive Cryptis num. 16.

15. Aram hanc S. Leonis, seu Oratorium,
alterum excipiebat Hadriani I. in quo Sedes,
aut Cathedra S. Petri servabatur, pellucido
marmore operta, variis, ac mysticis Musivis
affabrè coagmentatis, candorem lapidis
discriminantibus. Verùm non modò Cathedra
B. Petri, sed ejusdem Hadriani corpore
conspicuum fuit, maximoque cultu habitum,
ut appensæ quaquaversum tabellæ votivæ
fidem adstruebant, & celeberrimum epitaphium
à Carolo Magno tabulæ fatis amplæ è Numidico
lapide incisum, quod postmodum Gregor. XIII.
ante Basilicæ januas translatum parieti affixit,
ac sic se habet.

A Hic Pater Ecclesie, Romæ decus, incly-
tus auctor

Hadrianus requiem Papa beatus ha-
bet.

Vir cui vita decus, pietas, lex, gloria,
Christus,

Pastor Apostolicus, promptus ad omne
bonum.

Nobilis ex magna genitus jam gente
parentum,

Sed sacris longè nobilior meritis.

Exornare studens devoto pectore Pastor
Semper ubique suo templa sacrata Deo.

Ecclesias donis, populos & dogmate
sancto

Imbuit, & cunctis pandit ad astra
viam.

Pauperibus largus, nulli pietate secundus
Et pro plebe sacris pervigil in precibus.

Doctrinis, opibus miris erexerat arces,
Urbs caput Orbis honor inclyta Ro-
ma tuas.

C Mors cui nil nocuit, Christi, quæ morte
perempta est,

Janua sed vitæ mox melioris erat.

Post Patrem lacrymans Carolus hæc
carmina scripsi

Tu mihi dulcis amor, te modò plango
Pater.

Tu memor esto mei: sequitur te mens
mea semper,

Cum Christo teneas regna beata Poli.

Te Clerus, Populus magno dilexit
amore;

Omnibus unus amor, optime Præsul,
eras.

Nomina jungo simul titulis, clarissime
nostra

Hadrianus, Carolus Rex, ego, tuque
Pater.

Quisque legas versus, devoto pectore sup-
plex

Amborum mitis, dic, miserere Deus.

Hæc

Hæc tua nunc teneat requies, charissime A
membra,

Cum Sanctis anima gaudeat alma,
Dei.

Ultima quippe tuas donec tuba clamet
in aures,

Principe cum Petro surge videre
Deum.

Auditurus eris vocem, scio Judicis
almam;

Intra nunc Domini gaudia magna B
tui.

Tum memor esto tui nati, pater optime,
posco

Cum Patre, dic, natus pergat, & iste
meus.

O pete Regna Pater felix celestia,
Christi;

Inde tuum precibus auxiliare gre-
gem.

Dum Sol ignicomo rutilus splendescit ab
Axe,

Laus tua, Sancte Pater, semper in Or-
be manet. C

Sedit Beate mem. Hadrianus Papa an-
nos XXIII. M. X. D. XVII. obiit
VII. Kal Jan.

16. Ulterius hinc procedentibus
oculos primò rapiebat sepulcrum Ur-
bani II. ut num. 16. juxta parastatam in
Occasum, opificio certè, ac materie
nulli secundum.

17. Sacellum inde antiquissimum, fi-
gurisq; Musivis insigne in hujus transf-
versæ crucis angulo, ut num. 17. ver-
sus Austrum tollebatur, erectum à Pau-
lo I. Pont. subdenominatione Deiparæ,
vulgò *de Cancelli*, sive *dell' Oratorio*,
nam æneis undequaque cancellis cir-
cumvallatum Laicos arcebat, & præ-
cipuè fœminas, quibus omninò inac-
cessum erat; nec immeritò cum illuc è
plurimis Suburbanis, Urbanisque Cœ-



meteriis innumera Sauctorum corpo-
ra congesta fuerint ab eodem Pont.
Paulo I. ubi postea, & ipse cum in Basi-
lica S. Pauli decessisset, post trium men-
sium spatium, à Civibus, Proceribus-
que Romanis, naviculâ per Tyberim
deportatus, maximo cum honore, in tu-
mulo à se constructo Musivoque ope-
re ornato conditus fuit. Ejusdem ante
sacros cineres, quos impensè adhuc vi-
vens coluerat Joann. XV. ut prope post
mortem jaceret, sub istius aræ anteriori
pavimento, sepulcrum effodit.


18. Aliud etiam sacellum præfato
proximum, ut in num. 18. habuit Bea-
tissima Virgo, cui peculiaria benefi-
cia prægnantibus fœminis præstita;
Sanctæ Mariæ de Prægnantibus no-
men fecère; quod etiam denominatum
fuit Sanctæ Mariæ Angelorum. Hoc
autem, licet ætate, priori multum ce-
deret, operis tamen elegantiam non ce-
debat, cum illud à fundamentis ere-
xit, & ornatu clarissimo nobilitâr-
it eximium Ursinæ familiæ decus Jo-
annes Cajetanus Ursinus S. R. E. Diaco-
nus Cardinalis S. Theodori: deinde
Jordanus etiam Ursinus Episcopus
Sabinen. S. R. E. Cardinalis; ac Vatica-
næ hujus Basilicæ Archipresbyter pro-
digâ munificentiam restituit, dotavitque
in majus.

19. Idem Altare in demolitione
facta à Julio II. traslatum fuit, ac posi-
tum in novo muro ad Navium capita
erecto, ut in Tab. XV. lit. G. indica-
tur.


Medium verò inter has aras subli-
mis tenebat janua ad Meridiem, per
quam erat aditus è Vaticana Basilica
ad Ecclesias S. Andreae, S. Petronillæ, &
S. Mariæ de Febribus.


20. Januæ jam dictæ finitimum in
extre-





PLATE





gurisq; Musivis insigne in hujus trans-
 versa crucis angulo, ut num. 17. ver-
 sùs Austrum tollebat, erectum à Pau-
 lo I. Pont. subdenominatione Deiparæ,
 vulgò *de Cancelli*, sive *dell' Oratorio*,
 nam æneis undequaque cancellis cir-
 cumvallatum Laicos arcebat, & præ-
 cipuè scæminas, quibus omninò inac-
 cessum erat; nec immeritò cum illuc è
 plurimis Suburbanis, Urbanisque Cœ-


facta à Julio II. traslatum fuit, ac posi-
 tum in novo muro ad Navium capita
 erecto, ut in Tab. XV. lit. G. indica-
 tur.


Medium verò inter has aras subli-
 mis tenebat janua ad Meridiem, per
 quam erat aditus è Vaticana Basilica
 ad Ecclesias S. Andreae, S. Petronillæ, &
 S. Mariæ de Febribus.



20. Januæ jam dictæ finitimum in
 extre-


TAB. XVII

TAB. XVII










gu
ve
sùs
lo
vu
na
cu
cip
cef
plu





S. Petri, eam ex ære statu-
 tolini factam fuisse scribit, idemque
 Turrigius causam reddit, cur prædictus
 Leo Pont. hanc statuam jussit con-
 flari, nempe propter Romam ab Atti-
 læ furiis, S. Petri auxilio, liberatam. Ho-
 die in nova Basilica ad Aquilonare la-
 tus posita est, ad quam Fideles vene-
 rabundi accedentes, dexterum pedem,


memoriam addunt, atque ibi repur-
 crum elegit. Postremò cum novæ
 constructionis Basilicæ tempus illuxit,
 disiecto hoc Oratorio, cum honore
 Cleri comitatu; ad Altare infra Orga-
 num, corpora SS. Processi, & Marti-
 niani translata fuere.

21. Exiguo superato tramite in Or-
 tum spectabatur sacellum S. Catharinæ


H Virg.








pag. 57.



ve
 sus
 lo
 vu
 na
 cu
 cip
 ce
 plu



pag. 57.

extremo angulo crucis pariter ad Me-
ridiem videre erat Altare, sive Orato-
rium SS. Processi, & Martiniani Mar-
tyrum; cujus imaginem habes in Tab.
XVI. sub lit. C. quod Paschalis I. à fun-
damentis erectum variis, & Musivo la-
bore compactis emblematis, illustra-
vit, adjectis exterius cancellis æreis sat
elegantibus: Ibidem in ampla, ac spe-
ciosissima cõcha Porphyretica Sancto-
rum eorundem corpora, è Cœmeterio
S. Agathæ, longo Cleri ordine præce-
dente, ritu solenni, asportata locavit,
ipseque post obitum positus est. Hæc,
& alia Sanctorum busta eodem loco,
hinc illinc congesta, maximè religio-
sum fecere, fœminisque prorsus im-
pervium. Huc etiam æneum B. Petri
simulacrum, è proximo S. Martini,
Monasterio translatum fuit, cujus in
Ecclesia dum perseveravit, concursu
populi colebatur. Simulacri hujus ico-
nem habes in eadem Tab. XVI. lit. B.
Nolo autem aliqua de hoc simulacro
silento præterire, quoniam sæpè lau-
datus Turrigius in sæpè citato opere de
Cryptis Vaticanis pag. 126. scribit
hanc æneam statuam, jussu Leonis Ma-
gni Pont. conflata fuisse; de qua etiam
ipse Turrigius brevem texuit narra-
tionem in fine sui operis *I Sacri Tro-
fei Romani* pag. 149. quem sequutus
Franciscus Maria Phæbeus pag. 38. in
Dissertatione de Identitate Cathedralis
S. Petri, eam ex ære statuae Jovis Capi-
tolini factam fuisse scribit, idemque
Turrigius causam reddit, cur prædictus
Leo Pont. hanc statuam jussit con-
flari, nempe propter Romam ab Atti-
læ furiis, S. Petri auxilio, liberatam. Ho-
die in nova Basilica ad Aquilonare la-
tus posita est, ad quam Fideles vene-
rabundi accedentes, dexterum pedem,

quem porrectum tenet exosculantur,
eidemque capita in devotionis, ac re-
verentiæ signum submitunt. Eadem
statua ejusdem Apostoli festo die Plu-
viali, Mitràque aureâ ornatur, ut olim
apud antiquos Fideles similem aliam
marmoream ornandi statuam mos
erat, de qua superius, occasione Porti-
cus Palmariæ, narravimus.

Supra eandem statuam, & Altare
SS. Processi, & Martiniani erat Orga-
num lit. A. in eadem Tab. XVI. demon-
stratum, ab Alex. VI. sumptuosè fa-
ctum, & à Musca præstantissimo artifi-
ce cælatum, ac totum inauratum, & ex
concentu in magno pretio habitum.
Illius lignea ornamenta occasione
translationis de uno in alium locum
perierunt; hodie tamen adhuc extat, &
visitur propè Cappellam Sancti Gre-
gorii.

Multi diversis temporibus multa
huic Oratorio, vel ad nitorem, vel ad
cultum, opesque contulere, quos inter
Jacobus de Mutis Episcopus Spoleta-
nus, & Gregorii XI. in Urbe quoad
spiritualia Vicarius, necnon Simeon
Jo: Simeonis Rom. Idem postea, Junior
Riccardus Oliverii de Angiò Nor-
mannus Episcopus Portuensis Cardi-
nalis Constantiensis, & Basilicæ istius
Archipresbyter, ruinæ proximum re-
paravit, Pario marmore parietè, ac pa-
vimentum interfecans, dotemque in
immensum adauxit, atque ibi sepul-
crum elegit. Postremò cum novæ
constructionis Basilicæ tempus illuxit,
disiecto hoc Oratorio, cum honore
Cleri comitatu; ad Altare infra Orga-
num, corpora SS. Processi, & Marti-
niani translata fuere.

21. Exiguo superato tramite in Or-
tum spectabatur sacellum S. Catharinæ

Virg. & Mart. dedicatum, cui pin-
guissimam impertivit dotem Ægidius
Laurentii de Gerla, pro suffragiis im-
petrandis tam sibi, quàm Cardinali
Tyburtino, qui unà cum Patribus suis,
nepotibusque, ibi sepulti quievêre.

22. Directò inde spatiantibus, in
pila, fornices navium minorum, ful-
ciente, in Ortum pariter, è regione Al-
taris S. Leonis Papæ, occurrebat ædi-
cula, eidem pilæ adhærens, cum ara
S. Mauritii Mart. Huic id præcipuum
erat, ac peculiare, quod designati, ele-
ctique Imperatores, antequam aram
maximam, Confessionēque S. Petri, ad
auream Imperii coronam, gladiumque
in Ecclesiæ Romanæ tutelam à Ponti-
fice suscipiendum, adirent, ab Episco-
piscopis Cardinalibus, more Veterum
benedici, & in dextero brachio perun-
gi ibi solebant, quamobrem frequens
hujus aræ habetur mentio in actis om-
nium Coronationum Imperatoris Ro-
mani. Hæc celebris cæremonia descri-
bitur in Rituali Archiepiscopi Corcy-
rensis, seu Augustini Pientini Episco-
pi Sect. 5. eadem quoque habetur apud
Goldastum in suis Constitutionibus
Imperialibus pag. 412. & seqq.

23. In altera autem pila, scilicet
num. 23. quæ superiori è latere para-
lella erat, elevabatque fornicem maxi-
mum, seu arcum triumphalem, Altare
surgebat celeberrimum asservans bra-
chium B. Sylvestri, cui sacrum fuit.
Juxta hoc ab uno laterum in pariete
inscriptio pervetusta Vigilii Papæ cor-
pus ibi sepultum docebat; quod ex Cœ-
meterio Priscillæ ad S. Marcellum
viâ Salariâ translatum, & in hac Basi-
lica reconditum fuisse, testatur Cano-
nicus Romanus, idque se accepisse à
majoribus suis asserit. In altero autem

triumphali arcu supposito grandis è
marmore extabat sarcophagus Hadria-
ni IV. quibusdam signis hinc inde
adstantibus, lapide, & cælatura clarissi-
mis. Dexterum crucis transversæ bra-
chium iustrasse sit satis, cum ad alia
æquè præclara nos vocet sinistra pars.

24. Primò autem navim maximam
recto calle transeunti erat obvia Pila,
Vigilii Papæ sepulcro è diametro op-
posita, pariterque cum illa tam for-
nice, quàm arcu maximo pressa, cui
quâ parte prospiciebat in Orientem
contra Aquilonem, nempè num. 24.
adjacebat facellum cum Altari B. Bar-
tolomæo Apostolo dicatum, seculif-
que antea actis eximiâ pietate cultum.


Sub silentio prætereundam minimè
esse arbitror rem paucissimis notam, &
à Turrigio in suis Cryptis Vaticanis
pag. 43. relatam, scilicet Pauli IV. ævo
Tyberim fluvium extra suum debac-
catum fuisse alveum, quare Ecclesiæ
pars, Conventusque S. Bartolomæi, in
Insula Licaonia corruit. Quamobrem
ejusdem S. Apostoli corpus cum aliis
reliquiis in illa Ecclesia eò usque asser-
vatis, ad Vaticanam Basilicam cum
pompa translatum fuit; deinde Ec-
clesiæ, Conventusque reparationibus
factis anno 1560. die 27. Julii jussu
Pii IV. solenni pompâ ad eandem Ec-
clesiam idem corpus cum reliquiis re-
latum: ac ut de hujusmodi notitia ple-
nior fides adhibeatur Breve super hu-
jusmodi nova translatione ab eodem
Pio IV. datum ad longum idem Tur-
rigius pag. 544. refert.

25. Numerus 25. columnam indi-
cat Vitineam, quæ Sancta appellaba-
tur, ferreisque cancellis, à quodam Jor-
dano Cardinali de Urfinis, fuerat cir-
cumsepta, modò verò translata est in
dexte-

[Faint, illegible text, possibly bleed-through from the reverse side]




[Faint, illegible text, possibly bleed-through from the reverse side]




[Faint, illegible text, possibly bleed-through from the reverse side]



[Vertical text on the right edge, possibly bleed-through from the reverse side]






Virg. & Mart. dedicatum, cui pin-
guissimam impertivit dotem Ægidius
Laurentii de Gerla, pro suffragiis im-
petrandis tam sibi, quàm Cardinali
Tyburtino, qui unà cum Patribus suis,
nepotibusque, ibi sepulti quievêre.

22. Directò inde spatiantibus, in
pila, fornices navium minorum, ful-
ciente, in Ortum pariter, è regione Al-
taris S. Leonis Papæ, occurrebat ædi-

triumphali arcu supposito grandis è
marmore extabat sarcophagus Hadria-
ni IV. quibusdam signis hinc inde
adstantibus, lapide, & cælatura clarissi-
mis. Dexterum crucis transversæ bra-
chium lustrasse sit fatis, cum ad alia
æquè præclara nos vocet sinistra pars.



24. Primò autem navim maximam
recto calle transeunti erat obvia Pila,
Vigilii Papæ sepulcro è diametro op-
posita, cum illa tam for-





niorum parastatam, quæ sinistram hanc partem transversam interfecat, visebatur olim Oratorium S. Joannis ad Fontes cum Baptisterio, quod hujus transversæ crucis angulo dederat nomen. In eo insuper aliud erat Altare, Mortuorum appellatum, ut nu. 28. in quo sine ulla interpellatione Mysteria Eucharistica conficiebantur, in animarum purgantium suffragium,

gnum, ac patulum labrum laxabat pretiosissima concha è marmore alabastrino, quæ levi nitore, quæ signis extantibus illustris. In hanc cæco meatu per fistulas è solo undæ irrumpebant, quibus Cathecumeni baptizarentur. Illam Liberius Pontifex extruendam olim mandaverat Damaso, cum non adhuc Pontificiâ fulgeret majestate. Quæ absolutâ Liberius à Sabbato

TAB. VII





pag. 59.



pag. 59.

dexterum latus ingressus Cappellæ Sa-
cratissimi Crucifixi ad Aquilonem. De
hac columna scripsit Turrigius pag.
mihî 397. & nos supra narravimus n. 5.

26. Non minoris elegantiæ alte-
rum Altare, proximum supermemora-
to S. Bartholomæi, extruxit Antoniot-
tus Pallavicinus S. R. E. Cardinalis
Episcopus Prænestinus, illudque S. An-
tonio Abbati sacrum magnificè dota-
tum voluit, apposito ab uno latere se-
pulcro, marmoribus, & sculpturâ
æquè nobili, in quo fato functus hu-
matus est.

27. Gradu factò ex sacello S. An-
tonii Abbatis ad aliam Pilam susti-
nentem fornices navium minorum, in
eodem sinistro latere transversæ partis
in Ortum, surgebat ara prænobilis
S. Luciae Virg. & Mart. in qua B. Gre-
gorius, qui eam construxerat, Virginis
ejusdem brachium summè populis ve-
nerabile condidit. Hoc etiam propè
Oratorium spectandæ molis sepul-
crum erat Joan. Cæsarini Patritii Hi-
spani, Leodiensis Ecclesiæ Archidia-
coni, Vaticanæ Basilicæ Canonici, Apo-
stolicæ Camerae Auditoris, Viri de-
mum numeris omnibus absolutissimi.
Hujus exemplar habes in Tabula XV.
lit. O.

28. Præteritis ergo navium mi-
norum intervallis, juxta intercolum-
norum parastatam, quæ sinistram
hanc partem transversam interfecat,
visebatur olim Oratorium S. Joannis
ad Fontes cum Baptisterio, quod hu-
jus transversæ crucis angulo dederat
nomen. In eo insuper aliud erat Alta-
re, Mortuorum appellatum, ut nu. 28.
in quo sine ulla interpellatione My-
steria Eucharistica conficiebantur, in
animarum purgantium suffragium,

A pro quibus opulentissimos, & pecu-
liares Indulgentiarum thesauros Roma-
ni Pontifices inibi affixerunt, quorum
sibi, suisque adipiscendorum cupidi-
tate Gajus de Bartholinis Civis Ro-
manus, prædictum Altare locupleta-
vit, & in suæ uxoris, ac posterorum se-
pulcrum cooptavit. Hujus Altaris
exemplum habes in Tab. XVIII. fig. I.
& Tab. XIX. lit. L.

29. Verum in hujus crucis angulo
ad Aquilonem, juxta jam dictum, alte-
rum visebatur sacellum, vetustate nul-
li secundum, locus istius exprimitur
num. 29. Istud nomen suum, ac decus
captabat ex Tabula, trium Regum,
Magorum Historiam, mirificè expri-
mente.

30. Ab ara SS. trium Regum lon-
gè operosior, & pulchrior moles attol-
lebatur, ut patet ad num. 30. cum ve-
tustissimo Altari, S. Joannis ad Fontes,
vulgò appellato. Hæc ara excitata, or-
nataque fuit à Symmacho Pontifice,
qui miræ speciei columnis eam impo-
suit, & operculo communivit, plurimis
emblematis variato. Cum autem
ex nimis præcipiti temporum lapsu,
illa jam laberetur, duo Cardinales Ur-
sini restituere, doteque regali liberali-
tate adauctâ, divitem reddiderunt.

31. Non longè ab hujus Altaris
gradibus, ut num. 31. in medio ma-
gnum, ac patulum labrum laxabat
pretiosissima concha è marmore ala-
bastrino, quâ levi nitore, quâ signis
extantibus illustris. In hanc cæco mea-
tu per fistulas è solo undæ irrumpe-
bant, quibus Cathecumeni baptizaren-
tur. Illam Liberius Pontifex extruen-
dam olim mandaverat Damaso, cum
non adhuc Pontificiâ fulgeret majesta-
te. Quâ absolutâ Liberius à Sabbato

Pentecostes in Dominicam, promi-
scui sexus, ac ordinis, octo ferè mille,
octingentos, decemque Cathecume-
nos baptizavit. Quin, ut operis tam
perspicui memoria ad posteros perve-
niret, ipse musarum non humilis cul-
tor Damafus, lapidi incidit, & aræ
ejusdem lateri affixit, quosdam versu-
culos, quorum nonnulla fragmenta
cum in parietibus intra novum Ora-
torium S. Leonis Papæ vix legi pos-
sent, tandem eruditâ, pertinacique cu-
riositate primævo, ac genuino sensui
restituta visuntur in Cryptis Vatica-
nis hoc ordine.

*Cingebant latices montem, teneroque
meatu,*

*Corpora multorum, cineres, atque ossa
rigabant.*

*Nontulit hoc Damafus, communi lege
sepultos*

*Post requiem tristes iterum persolvere
penas.*

*Protinus aggressus magnum superare
laborem*

*Aggeris immensi dejecit culmina mon-
tis,*

*Intima sollicitæ scrutatus viscera
terre,*

*Siccavit totum quidquid madefecerat
humor,*

*Invenit Fontem, præbet qui dona sa-
lucis.*

Hæc curavit Mercurius Levita fidelis.

32. Idem Symmachus aliam aram
erexit B. Joanni Apostolo, & Evange-
listæ, pene contiguam superiori, utpo-
tè in angulo transversæ navis, vt num.
32. eamque, quâ licuit per ejus ætatis
artifices, politiori minervâ exornavit.

33. Huic proxima, in pariete ad
Occidentem, præcipuè à fœminis Dei-
para colebatur, super Altare ornatu

decorum, & opibus, quarum copiam
in omnes beneficentissima Virgo com-
paraverat.

34. A dexteris prædicti Altaris, ut
num. 34. aliud attollebatur sub auspi-
ciis B. Annæ. Hujus non mediocris
opificii structuram Matthias Paparo-
nius olim Canonicus reddidit auctu
dotis speciosiore. Illuc etiam Para-
frænariorum, ut vocant S.R.E. Cardi-
nalianum Societas, statis diebus convenie-
bat, ut sacris, orandi, psallendique
muneribus certatim operam daret.
Altaris exemplar habes in Tab. XIX.
lit. H.

35. Sequebatur inde sub num. 35.
Oratorium S. Crucis, fultum hinc inde
geminis è Porphyrite columnis, mar-
moreoque operculo fastigiatum, cujus
in abside Symmachus Papa ejusdem
excitator, Sanctissimæ Crucis particu-
lam decem librarum pondere posuit, &
ab ejus ingressu mulieres perpetuè re-
movit. Verumtamen ævo in longum
producto, cum exolesceret, & venusta-
ti vetustas plurimum derogaret, Ber-
nardus Herulus Narniensis, Episco-
pus Sabinus S.R.E. Cardinalis Spoleta-
nus, eodem quo vetus steterat loco,
novum non imparis, immò cultioris
architecturæ, & ornatus extruxit, jux-
taque sepulcrum effodit, ubi post mor-
tem tumularetur, qui tamen inde aliò
translatus juxta Xyxti IV. sacellum
tandem aliquando quievit.

36. Brevi ab hoc intervallo eodem
ordine, ut vides in num. 36. quædam
janua populum extra Basilicam emit-
tebat, & exinde Probi Præfecti Prætorij
templum, & aliud immemorabilis ævi
Cœmeterium, utrumque Basilicæ ex-
teriùs adiacens, adibatur.

37. Reliquum tandem parietis à
janua

janua ad absidem aræ maximæ in Occidentem, ut num. 37. tenebant duo vetustate magis, quàm aliâ dote celebrata facella, quibus longa tempora nomen ademerant: licet argui possit aliquatenus SS. Cassiano, Protho, & Hyacintho Mart. sacra fuisse ex Bibliothecario, qui in vita Symmachi Papæ auctor est, eundem Pontificem penes B. Petrum, prædictis SS. Martyribus Confessionem, argenteis laminis bracteata viginti librarum pondere, dedicasse, & arcum ex eadem materia pensantem duodecim libras superinduxisse. Inter hæc medium jacuit cadaver Alberti Guidalotti Juris utriusque consulti Perusiæ civis, ut è marmore non ignobili, tabula testatur.

Cæterùm navis hujus transversæ non brevi ambitu quaquaversum lustrato, congruum maximè fuerit medianam aliis longè majorem, Sanctorumque reliquiis religiosiorem percurrere.

S E C T I O V.

De Oratoriis, & Altaribus, quæ erant in mediana Navi.

38. **D**EXTERAM partem medianæ, necnon maximæ navis spatium inchoantibus, protinus obiciebantur duo Altaria vetustissima, quæ parastatam in Austrum, arcum triumphalem Basilicæ sustentantem occupabant, æreis claustris circumseptæ, ut nu. 38. Gregorius Pontifex III. cum utraque excitasset, ornassetque, primum Deiparæ Virgini, alterum S. Gabinio Mart. dedicavit. Notatu hic utique dignum videtur, tantâ civibus,

A exterisque veneratione habitum esse illud S. Gabinii, eo quòd corpus ipsius asseruaret, ut Sardinia, Corsicæque Ligustici maris Insulæ, non exigui pretii tributum quotannis offerrent. Verùm Eugenio III. Pont. ambo in unum facellum elegantissimè ornatum Beatæ Mariæ sub auspiciis transiére, superstructâ marmoreâ camerâ, lapillis auroque perfulgidâ, quæ S. Stephani Protomartyris humerum honorificè custodiret. Clarumq; præterea ætatibus superioribus semper fuit, plurimorum Pontificum ibi sepulcorum cineribus nempè: Hadriani, Gregorii, & ipsius Eugenii III. necnon B. Petri Diaconi, ad quem Magnus ille Ecclesiæ Doctor Gregorius Dialogorum suorum librum inscripsit. Senio tandem graviori percussus, afflictumque dejecit penitus Innocentius VIII. novumque nobilius, Virginis ipsius in honorem restituit, ac è marmore Pario candidissimo, deauratoque ornari jussit Laurentio nepoti suo Tit. S. Cæcilie Presbytero Cardinali Beneventano, cujus inde aræ medium icon B. Mariæ filium amplexantis implebat, suberatque eximia vetustatis, preciique tabernaculum ad Eucharistici Panis custodiam. Desuper eminebat ab Oratorio pulcherrima cellula, seu camera, ut vocant, deauratis marmoribus corusca, fultaq; quatuor parastatis affabrè elaboratis, ut ferrum Lanceæ, quæ Christi Domini latus aperuit asseruaret; exemplar cellulæ hujus Altaris habes supra in Tab. XVII. lit. G. & in majori forma Tab. XVIII. fig. 3. Sepulcri verò ipsius Pontificis Innocentii in dicta Tab. XVII. lit. B: Hoc autem Sanctissimum reparatæ salutis pignus à Bajazzete Turcarum Domino dono accepit Innocentius

tius VIII. ut profugo, Romæque de-
genti Zizimo fratri suo, gratior adesset
Pontifex, quod in vita ejusdem Cia-
conius asserit, cum Raynaldo, Boffio,
alijsque rerum Ecclesiasticarum Scri-
ptoribus.

39. Huic à se constructo sacello
quatuor Sacerdotes Innocentius addi-
xit, qui in perpetuum singulis diebus
sacra conficerent mysteria. Suprame-
moratum addidit inde sepulcrum, ubi
postea conditus fuit. Vetus Oratorii
nomen S. Mariæ de Conventu fuerat,
eò quia ante ipsum Canonorum
chorus è ligno, rudi artificio, compa-
ctus jacebat. Indicatur locus sub nu. 39.
in quem Canonici Basilicæ quotidie
convenientes, propria Clero, suetaque
psallendi munia persolvebant. De hoc
sacello sic Bibliothecar. in Greg. III. vi-
ta meminit: *Hic fecit Oratorium intra
eandem Basilicam juxta arcum princi-
palē à parte virorum, in quo recondidit
in honorem Salvatoris, Sanctæque ejus
Genitricis reliquias, Sanctorumque
Apostolorum, vel omnium Sanctorum
Martyrum, ac Confessorum, perfectorum
et justorum toto in Orbe terrarum
requiescentium. Quorum festa vigilia-
rum à Monachis trium Monasteriorum
illic servientium quotidie per ordinem
existentia, atque natalitiorum Missas
in eodem loco celebrare instituit. Et pau-
lò infra: Et hoc constituit, ut secundum
constitutum, quod à Collegio Sacerdo-
tum coram sacro corpore B. Petri fa-
ctum est, pro celebrandis solemnibus vigi-
liarum, atque Missarum Christi Domi-
ni nostri Jesu Christi, Sanctæque ejus
Genitricis, Sanctorum Apostolorum, vel
omnium Sanctorum Martyrum, ac
Confessorum, perfectorumque justorum
toto in Orbe terrarum requiescentium,*

*ut in Oratorio nomini eorum dedicato,
intra Ecclesiam B. Petri Apostoli sub
arcu principali à Monachis vigiliæ cele-
brarentur, et à Presbyteris hebdoma-
darius Missarum solemnitas.*

40. At in adversa parastata sinistra
partis ad Aquilonem, quæ pariter cum
præfata navi mediana, & arcu maxi-
mo præmebatur, antiquissimum erat
Altare S. Pastoris, ut in num. 40. quod
cum tam longâ annorum serie dilabe-
retur, Ursus Ursinus S.R.E. Cardina-
lis, & Vaticanæ Basilicæ Archipresby-
ter splendidè restituit, dotavitque, ex-
ciso inibi tumulo, in quo ipse, & ejus
Frater Matthæus Diaconus Cardinalis
funerati fuerunt. Hand longè ab hoc,
sedente Calisto III. Summo Pontifice,
magnæ, pulcherrimæque molis organa
suspensa fuere, suffultaque senis co-
lumnis è Porphyrite, quorum tubos
prægrandes variâ metalli specie con-
flatos ligna interfecabant, auro cæla-
turisque insignita. Habes eorum exem-
plar in Tab. XVI. lit. A. Hodie verò li-
gneis ornamentis ævo consumptis,
organa conservantur in Sacello S. Gre-
gorii.

41. Ultramque parastatam sub ar-
cu maximo conjungebat immodicæ
longitudinis, ac crassitiei trabs quæ-
dam in speciem pontis, superiusque
Cruce magna extabat, & hinc inde pen-
debant geminæ claves affabrè cancel-
latæ, multisque lampadibus fulgidæ,
pro quibus adi Tab. XV. lit. B. ac Tab.
XI. lit. E. eæ tamen lampades in nocte
feriæ v. majoris Hebdomadæ accende-
bantur. Eadem etiam è trabe stans per
singulos annos diebus suspendebatur
culcitra, quæ Sanctorum Martyrum
corpora cooperiebat, dum in Cœmete-
ria deferrentur; atque ideò multo erat
asper-

asperfa sanguine. Hęc omnia in undecim columnarum ordinem transtulit Paulus III. & arcui magno, ostioque ligneis cancellis occluso, iussit affigi in medio vasti parietis, quem, ut à veteri novam Basilicę partem divideret, & primævam superstitem custodiret, ad fornicem usque produxit, ut videre licet in Tab. XV. sub lit. A. qui murus deinde sub Paulo V. ann. salutis 1615. à prima die Martii usque ad 14. Aprilis, in qua incidit Dominica Palmarum dissectus, ac solo æquatus fuit.

42. Idem etiam Paulus III. non aded novę fabricę studiosus, ut veteri iniuriosus omninò foret, prædictum organum cum columnis huc transtulit, ac sinistro in latere ad Aquilonem decimotertio, & quarto intercolumnio medium locavit, ut num. 42. sub quo insimul cum Altari corpora SS. Martyrum Procelli, & Martiniani reposita, ut vides in Tab. XVI. lit. C. adiecto B. Petri throno insidentis æneo simulacro, ut in eadem Tab. lit. B. & nos jam supra diximus in num. 20. hoc idem Altare insignibus Salvatoris, & Beatissimę Virginis imaginibus decoratum erat, quarum prior in ara S. Joannis Evangelistę, secunda verò, in parietibus supra Oratorium S. Leonis Papę, visebatur. Hic Alpharanus modestè quidem refellit, excusatque Honuphrium Panvinium Scriptorem eruditissimum in lib. de Antiq. & præstantia Basilicę Vaticanę, cujus ipsissima verba referre satius duxi: *Honuphrius Panvinus Ordinis Eremitarum in libro, quem scripsit de Antiquitatibus, & præstantia Basilicę Vaticanę valdè quidem præ ceteris hujusmodi Scriptoribus laudandus, & extollendus. Quamvis omnia benè interpretatus fuerit, tamen*

fitus aliquorum sacellorum, Altarium, & nonnullorum locorum non benè intellexit. Nam sub organo corpus S. Petronille Virginis translatum fuisse scripsit, & Altaria Sanctorum Philippi, & Jacobi, Simonis, & Judę, Abundii hujus Basilicę Mansionarii, & portam, quę mittebat ad Ecclesiam S. Vincentii, alibi fuisse docet; quod quidem non est ita, corpora Sanctorum Procelli, & Martiniani Martyrum sub organum, corpus verò S. Petronille in Altare Sanctissimi Crucifixi, & lancea, quę Christi Domini latus perforatum fuit, ad Ciborium Vultus Sancti translata fuere, ita & de aliis & quidem ei parcendum est, nam de hujusmodi locorum spatiis, & translationibus non habuit antiquiorem, quem consulere posset, sicuti ego Jacobum Herculanum Canonicum, & Altaristam ejusdem Basilicę antiquissimum, qui hujusmodi rerum, & actionum doctissimus erat. Hęc de Panvinio Alpharanus. Redeamus modò ad præmemoratum magnum parietem à Paulò III. constructum, in quo in rudi lateritio sepulcro, ipsius Pötificis cadaver ad tempus jacuit, donec operâ, & impensis Alexandri Farnesii Episcopi Ostiensis S. R. E. Cardinalis Vicecancellarii, necnon Ecclesię Vaticanę Archipresbyteri, eiusque nepotis, elegantissimum, æneis, marmoreisque stauis insigne constructum fuit, quod visitur nunc in Basilicę Tribuna, à cornu Evangelii Altaris, quod sub Cathedra est.

43. Ab adversa parte novi parietis in eadem mediana navi in Meridiem organo opponebatur Altare Virginis Marię de Pręgnantibus, ut num. 43. & in Tabul. XV. lit. G. & supra sub num. 18. quod cum icone Dei Genitricis

nitricis è sacello S. Joannis ad Fontes huc translatum fuit.


44. Hinc procedamus ad decimã septimam, & octavam columnã hujusce navis nempe num. 44. ubi erat Altare SS. Apostolorum Simonis, & Judæ in quo eorum corpora summã cum veneratione colebantur. Hoc Alpharani adhuc diebus superstes erat, intortis ab utroque latere columnis æneis, & marmoreis emblematis, picturis, pensilibus immotisque lychnuchis valdè spectabile, & Sacrosanctam Eucharistiam servabat. In hujus sacelli decore augendo Pauli III. & Alexandri Farnesii ejus Nepotis, cum aliis S. R. E. Cardinalibus, Capitulo, & nobilium Societate, Sanctissimi Christi Corporis admirabilis pietas, munificentia, & ardor eniruit. Sacellum hoc ex duplici effigie Christi Crucifixi vetustissimæ calaturæ *ad Crucifixos*, dictum fuit, quas postmodum in parietem Ecclesiam dividentem transtulit Paulus III. si Severano fides habenda sit, cum valde diversum reperiam in sistemate expresso in Tab. XV. lit. F. ab illo delineato in Tab. XVI. lit. A. Utrumque in MS. Codice Archivi Vaticanæ Basilicæ Altare Sanctissimi Crucifixi denominatur. In quodam alio MS. hujusmodi sacelli laqueare, picturis, imagines eorundem Apostolorum representantibus, manu Perini *del Vago*, ornatum fuisse reperi. Harum verò in ipsius demolitione partim ad Cardinalem Farnesium, partim ad Cardinalem Burgesium, ex ipsiusmet Capituli Basilicæ concessione, devenère.



45. In sinistra autem parte medianæ navis ad Aquilonem, è sacelli prædicti regione SS. Simonis, & Judæ Apostolorum, surgebat alterum, ut in

num. 45. cui SS. Philippus, & Jacobus Apostoli nomen dederant, ut ex Petro Mallio didicimus. Fortè hinc prætereundum non foret, quod de hoc Altari proditum est, Innocentium nempe hujus nominis III. Octaviano Episcopo Cardinali Ostiensi, Urbisque in temporalibus Vicario jussisse, ut illud, & alia quædam consecraret, admonitu cujusdam Presbyteri sanctimoniã spectabilis, qui per quietem ter à B. Petro Apostolo jussus est, renunciare Pontifici Dei voluntatem, ut scilicet Altaria, quæ diximus, consecrarentur, quod ille, vel negligens, vel metuens, pœnas exsolvit, auribus illicò tam obturatis, ut sonitus quoslibet, vel graviores non perciperet; quã tamen calamitate orando, & monitis Apostolicis obtemperando liber evasit. Hæc fusius prosequitur Innocentius ipse in sua epistola ad præfatum Cardinalem; quam ex illius registro refert Panvinius in MS. de Antiquit. ac præstantia Basilicæ S. Petri lib. 3. cap. 3.

46. Interiùs etiam propè vigesimam columnam ab utroque latere hujus navis, ut in Tab. Ichnograph. n. 46. & in Tab. VIII. lit. B. & in Tab. X lit. M. concha è marmore non vulgari, ingredientibus hinc inde Fidelibus, aquam benedictam offerebat, ut eã, laudatissimo Ecclesiæ more, aspergerentur; ut docet Baronius ad An. 57. num. 109. & 110. At supra Fontem à dextris in columna, cum speciosissima Deiparæ effigies depicta esset, sub finem præteriti sæculi, ita piæ plebis concursu, votis, muneribusque coli cœpta est, ut inibi nobile sacellum extrui necessum fuerit.

47. Cæterum ad Basilicæ calcem in angulo mediæ navis propè januam





Ravennatem, in Ortum, ut in nu. 47. & in Tab. XX. lit. C. Bonifacius VIII. è Pariis marmoribus, columnis, operculo, Musivisque figuris restituit, & ornavit Altare B. Bonifacii Martyris longo senio deciduum, illiusque reliquiis sacratum. Ciborium cuspidatum erat Germani operis, sub quo sepulcrum marmoreum sibi vivens, cum suis insignibus gentilitiis, cooptavit, itaut dum Sacerdos Missæ sacrificium perageret, tumulum ipsius Bonifacii conspiceret. Sacelli præfati Architectus quidam fuit Arnulphus, cujus nomen inibi incisum erat: imaginem vero Deiparæ Virginis; ac SS. Apostolorum Petri in dextera, & Pauli in sinistra, ac etiam Bonifacii VIII. quem Princeps Apostolorum offert B. Virgini, Musivo opere expresserat Carolus Comes. Hæc clarè exprimuntur in dicta Tab. XX. ubi lit. B. denotat parietem, in quo sepulcrum constructum erat; lit. D. ipsum Bonifacii sarcophagum; E. supradictas imagines Musivo opere expressas; F. Altare sub quo corpus S. Bonifacii Papa IV. quiescebat. Hic etiam sepulti fuere Benedictus Cajetanus S. R. E. Diaconus Cardinalis ejusdem Bonifacii VIII. nepos, & Petrus Hispani Cardinalis Episcopus Sabinenis, & Cajetanus Protonotarius Apostolicus, ut è lapideis tabulis eorum sepulcris appositis, patebat. Neque hic omittendum reor, cum Sanctissimi Papæ Bonifacii VIII. mentio incidit, eum adeò majestati Vaticanæ Basilicæ augendæ studuisse, ut & redditus ampliârit, multi pretii donaria contulerit, numerum Canonico- rum adauxerit, octo creatis, ut terdenos perficerent; item Beneficiatorum, tribus additis illis triginta, quos Ni-

colaus III. creaverat, & demum viginti Clericos Beneficiatos instituerit. Corpus hujus Pontificis, è nobilissima, & antiquissima Romana Cajetanorum Familia, integrum, & incorruptum sub anno 1605. repertum fuisse traditur à Joanne Rubeo, in ejusdem Pontificis vita pag. mihi 346.

48. Inter Ravennatem; & Argenteam januas, ut in Tab. VII. ichnographica sub num. 48. & in Tab. XVIII. lit. C. ac in Tab. XIX. lit. L. indicatur, erat Altare cum stemmate familiæ Ursinæ, Mortuorum appellatum, eò quia suffragia mortuis conferebat. Juxta hoc Altare sepultus fuerat Leo IX. ac sub annum inde 1430. Bartholomæus Beneventanus, Ecclesiæ Vaticanæ Canonicus, dote sufficienti cumulavit, Clericum instituens, qui perpetuò Altari inserviret, & laudes, precesque in Choro cum aliis persolveret. Tandem Gregorius XIII. in formam longè augustiorem illud erexit, & in honorem SS. Philippi, & Jacobi Apostolorum, necnon S. Hieronymi Presbyteri, Ecclesiæque Doctoris consecravit, privilegiis, Indulgentiisque prioribus, pro animarum suffragio, confirmatis. Supra Altaris istius fastigium, sita erat in pariete statua Benedicti XII. Pontificis Tholosani, cujus opera, nova tecta Basilicæ superinducta fuere. Hujus simulacri exemplar habes in præfacta Tab. XVIII. lit. B. ac lit. A. demonstrat inscriptionem marmoream videlicet: *Benedictus PP. XII. Tholosanus fecit fieri de novo tecta hujus Basilicæ sub anno Domini MCCCXLI.* At sub eodem simulacro artificis nomen incisum erat. *Magister Paulus de Senis fecit.*

49. Ab altero latere Argenteæ portæ, ac alterius, quæ Romana appellabatur,

ut num. 49. erat Altare, quod olim Nicolaus de Astallis Basilicæ Canonicus Anno MCCCXLIII. restituit, ac S. Antonio Abbati dicavit, licet ætatis processu Spiritui Sancto, postremoque S. Annæ invocationi cesserit, eò quòd Societas Parafrænariorum, è veteri cruce transversa, Sanctæ istius effigiem huc transtulit. Hujus Altaris exemplar habes in Tab. XIX. lit. H.

50. Demum in angulo prædictæ navis in iisdem parietibus ponè januam Romanam, ut nu. 50. S. Vincislao Regi Bohemorum, ac Martyri ab Hyricone Episcopo Olomucense dicatum, atque dotatum fuit Altare, quod inde S. Erasmi Episcopi, & Martyris vocitabatur, ob ejus simulacrum ligneum inibi appositum, posteaque in ipsorum, & S. Bartholomæi Apostoli honorem denuò excitatum fuit, prout in Tab. XIX. lit. G. & in Tab. XXI. lit. A. à tergo iconis lignæ S. Erasmi, picta erat antiqua imago, præfati S. Vincislai Regis Bohemiæ, ut lit. B. in dicta Tab. XXI. demonstrat; ubi in medio visitur S. Vincislaus Imperiali habitu indutus, dexterâ vexillum, in cujus medio nigra Aquila, in albi coloris area, expressa erat; sinistrâ verò gladium, & clypeum tenens: ad dexteram Carolus IV. Imperator Rex Bohemiæ, ad sinistram idem Hyricon Episcopus indutus cappâ rubrâ supra rocchetum cum cruce Archiepiscopali, ambo genuflexi. Post hos, duo stant viri, quorum unus in habitu regulari, dexteram super dexterum humerum præfati Caroli Imperatoris apponit, ac sinistrâ baculum Pastoralem sustentat; alter verò Episcopali indumento conspicuus, sinistram tenet super caput Hyriconis Episcopi, in ejusque dextera baculus

A pariter Episcopalis apparet. Quinã sint isti duo Episcopi ignoro, reor tamen ejusdem Bohemiæ Regni Patronos esse. Expeditis jam tandem, quæ de mediana hac navi dictu; visuque digna existimavimus, in proximam anteriorem, dexteramque in Austrum vergentem transibimus.



SECTIO VI.

De Oratoriis, seu Cappellis, ac Altaribus in minori, anteriorique Navi dextera existentibus.

51. **M**EDIA, quæ & maxima dicitur, excipit à dexteris, idest Meridiem versus, minorè navè, cujus ad caput in parastata, quæ majores, & minores fornices fulciebat, vetustissimum fuit Altare S. Martiali, Discipulo B. Petri dicatum, quod à Neapoleone de filiis Urbi Cardinal. & Basilicæ Archipresbytero semel restauratum, ditatumque, Ursina de Ursinis iterum reparavit, exornavitque, additâ dote pro suæ animæ, suorumque suffragio, qui etiam ibi sepulturæ mandati sunt. Locus hujus Altaris num. 51. indicatur in Tab. VII.

52. Huic è diametro in Meridiem alterum stabat Altare adeò vetustum, ut & nominis, & cultus jacturam fecerimus.

53. Inter hoc, & supra memoratum Altare S. Martialis, ubi nunc una ex magnis quatuor parastatis est, quæ tholum sustentant, prima videlicet, quæ ad sinistrum latus ingredientibus occurrit, in absidula, seu loculamento in quo ad præsens est simulachrum S. Andreae, inibi eximium marmoreum, deauratumque erat sepulcrum, cujus



pag. 66.



rias acerrimè propulsatas infregit, ac domuit.

56. Dexterum portæ latus occupavit Guillelmus de Pereriis, extructo SS. Apostolorum Petri, Pauli, & Andree sacello, ut sub lit. O. præfatæ Tab. XIX. quod certè non ultimum templi decus habitum fuit. Sub pavimento etiam primæ, & secundæ columnæ conditus jacuit, Petrus Raymundez Hierosolymitani Hospitalis, ut ajunt,



occupantibus.

D 57. **I**NFIMÆ hujus Navis sinistrae ingredientibus tractum, quam plurimæ Altarium, ac Tumulorum moles nobilitabant. In primis autem in superiori parastata, quæ Navis minoris, & hujus, quam describimus fornicem sustentabat, colebatur Altare non indecorum, licet nomine ob vetustatem careret, ut num. 57.

I 2 Huic



IXX·BAT



ut num. 49
colaus de
Anno MC
tonio Abb
cessu Spiri
S. Annæ in
Societas P
cruce tran
huc trans
plar habe

50. D
navis in
nuam Ro
slao Regi
Hyricone
tum, atqu
inde S. Er
vocatbat
gneum in
ipforum,
honorem
in Tab. X
A. à terg
cta erat a
cislai Reg
Tab. XXI
visitur S.
indutus,
medio ni
area, exp
dium, &
Carolus I

ad sinistram idem Hyricon Episcopus
indutus cappâ rubrâ supra rochetum
cum cruce Archiepiscopali, ambo ge-
nuflexi. Post hos, duo stant viri, quo-
rum unus in habitu regulari, dexteram
super dexterum humerum præfati Ca-
roli Imperatoris apponit, ac sinistrâ ba-
culum Pastoralem sustentat; alter ve-
rò Episcopali indumento conspicuus,
sinistram tenet super caput Hyriconis
Episcopi, in ejusque dextera baculus

ut & nominis, & cultus, & ...
rimus.

53. Inter hoc, & supra memora-
tum Altare S. Martialis, ubi nunc una
ex magnis quatuor parastatis est, quæ
tholum sustentant, prima videlicet,
quæ ad sinistrum latus ingredientibus
occurrit, in absidula, seu loculamento
in quo ad præsens est simulachrum
S. Andreae, inibi eximium marmo-
reum, deauratumque erat sepulcrum,
cujus

cujus locum numerus 53. indicat, cum statua ænea Pauli III. Pont. Max. quod postea Urbani VIII. jussu ad absidem majorem, idemque sinistrum latus, ut modò visitur, translatum fuit.

54. Inter undecimam, & duodecimam columnam fuit etiam translatum Altare, cum corpore B. Petronillæ Virginis è priori loco, sive ejus templo, & super Altare collocatus magnus, atque ligneus Crucifixus, qui in Altari Sanctorum Apostolorum Simonis, & Judæ erat.

55. Jamque ad Basilicæ januam, quæ olim Judicii, postea S. Andree nomen sortita est, brevi tractu devenimus. Ad sinistram egredientium propè facellum B. Bonifacii Mart. exstabat sepulcrum Bonifacii IV. marmoribus, & cælaturâ conspicuû, ut in Tab. XIX. lit. M. Pontifex iste Pantheon celebre Agrippæ monimentum, à turpi futillium Deorum grege expiatum, Beatissimæ Virgini, Sanctisque omnibus dedicavit. Hic etiam; ut in eadem Tab. XIX. sub lit. P. locata fuit equestris è marmore statua Ruperti Malatestæ Comitis, Xysto IV. regnante S. R. E. Ducis Generalis, qui & Urbem, & Vaticanam Basilicam ab immani, & avara Saracenorum rabie tutavit, & hucusque victrices gentium immanium furias acerrimè propulsatas infregit, ac domuit.

56. Dexterum portæ latus occupavit Guillelmus de Pereriis, extracto SS. Apostolorum Petri, Pauli, & Andree facello, ut sub lit. O. præfatæ Tab. XIX. quod certè non ultimum templi decus habitum fuit. Sub pavimento etiam primæ, & secundæ columnæ conditus jacuit, Petrus Raymundez Hierosolymitani Hospitalis, ut ajunt,

A Magister: nec ille solùm, sed per totam hanc navem dexteram penè innumeri Cardinales virtute, moribus, genere, rebus gestis insignes quiescunt, quos inter Guillelmus Patriarcha Hierosolymitanus, Ostiensis Episcopus, Antonius Pazerinus Foro-Julien-sis, Patriarcha Aquileien. & Episcopus Tusculanus, Nicolaus Neapolitanus Capuæ Archiepiscopus, Joannes de Segovia Hispanus, Varambona Gallus, Franciscus Condulmerius Venetus, Eugenii IV. nepos, Isidorus Constantinopolitanus, Archiepiscopus Ruthenorum, Legatione ad Orientis Imperatorem strenuè functus; Theodorus Lelius de Torno Episcopus Tarvisinus, Batholomæus Martini, Valentinus Hispanus Episcopus Segovien. Joannes Baptista Ferrarius Episcopus Mutinen. & Civis, Joannes Lagrolasius Gallus, Petrus Balbus Episcopus Tropien. & alii quamplures, quorum longâ nominum serie Lector tædio afficeretur, sed pauca hæc in illa navi delibasse sufficiat, in alia huic proxima, minorique diutius immoraturis.

S E C T I O VII.

De Oratoriis, Altaribus, & Sepulcris posteriorem minoremque Navim occupantibus.

D 57. **I**NFIMÆ hujus Navis sinistræ ingredientibus tractum, quam plurimæ Altarium, ac Tumulorum moles nobilitant. In primis autem in superiori parastata, quæ Navis minoris, & hujus, quam describimus fornicem sustentabat, colebatur Altare non indecorum, licet nomine ob vetustatem careret, ut num. 57.

58.59. Huic ex aduerso in Meridiē A
juxta alteram parastatam innitebatur
facellum eximia pulcritudinis, ac ma-
jestatis ab Eugenio IV. splendide resti-
tutum, Deiparæ, & Apostolis Petro,
& Paulo sacrum. Hoc Cardinalis Pe-
trus Barbo Eugenii IV. nepos, perpetuâ
pensione dotavit, adjecitque sepul-
crum, ut num. 59. è marmore candidis-
simo, ubi Patruis Maximi ossa repo-
suit.

60. Proximum Eugenii tumulo, se-
quebatur facellum B. Março Evangeli-
stæ dicatum, ut in num. 60. dives dote,
& muneribus, quæ ei contulit Marcus
Barbo Patriarcha Aquilejensis, &
Paulo II. affinis, cui jam defuncto, urnâ
è Pario marmore figuris, & emblema-
tibus latè conspicuam ibidem locavit.

61. Paulò inferiùs post grande
Ostium in pariete Basilicæ, ducens in
Sacrarium, stabat Altare S. Nicolai Epi-
copi, & Confessoris à Nicolao V. con-
structum, cujus inde Pontificis corpus
sub tabula è lapide nobilissimo, serva-
tum fuit.

62. Exiguo tractu intermedio, Ora-
torium cum Altari B. Blasii Episcopo,
& Martyri excitavit Poncellus de
filiis Urbi, juxta quod cum suis Patri-
bus, & uxore filiâ Marchionis Mon-
ferratensis, sepulcrum habuit.


63. Splendidiùs tamen in proximo
eminebat Urbani Pont. VI. Neapolita-
ni sepulcrum, Basiliculæ formam præ-
ferens. Ejus exemplar vide in Tab.
XV. lit. L. circa quod, quamplurima
Pontificum Romanorum cadavera re-
perta fuere, quæ ibidem relicta sunt,
inter quæ illa Lucii II. & Cælestini III.
Matthæus Veggius enumerat; itaut
luce clariùs appareat accuratissimum
Mallium non temerè affirmasse, in hac

Basilica, præcipuè tamen in hac navi,
Pontificum porticus appellatâ tumula-
tos fuisse omnes Pontifices, quorum
sepulcra, vel saltem vestigia, situfve
penitus ignorantur. Si autem qui illi
fuerint scire in votis est, vices nomen-
clatoris implebo. Deus dedit, Hono-
rius I. Severinus I. Joannes IV. V. VI.
XVI. & XVIII. Eugenius I. & II. For-
mosus, Bonifacii V. & VI. Romanus I.
Theodorus II. Leones V. VI. VII. &
VIII. Landus, qui, & Laudo, Agape-
thus II. Nicolaus II. & Cælestinus IV.

64. Propè sepulcrum Urbani VI.
pulcherrimum facellum, in honorem
Annunciationis B. Virginis Mariæ, lo-
catum erat, in quo S. Margaritæ Virgi-
nis eximia imago à populo colebatur.

65. 66. In eodem muro duo alia
antiquissima facella erant cum aris,
quorum alterum S. Eustachio, alterum
verò S. Georgio dicatum fuisse ex per-
vetusto Vaticanæ Bibliothecæ Marty-
rologio colligitur. Hinc procedenti-
bus amplissima janua, seu magnus ar-
cus, aditum dabat ad Oratorium pro-
tensum extra Basilicam, ubi cum
Xysti IV. Pont. liberalitate certavit
operosior artificum eâ tempestate cla-
rissimorum labor. In Patronos hujus
Oratorii B. Virginem, S. Franciscum, ac
S. Antonium delegit idem Pontifex.
D Tres gradus sedilium è ligno, juxta tri-
plicem ordinem Clericorum ibi Psal-
lentium, solo fixit. Binos Beneficiatos
instituit, totidemque perpetuos Cleri-
cos, qui Xystini sunt appellati, pluri-
mas, maximasque intra illud Sancto-
rum reliquias locavit, quas numeran-
do prolixior viderer. Hujus Oratorii
faciem habes in Tab. XXII. ad lit. I.

67. 68. 69. Interiùs verò pavimenti
medium tenebat æneus tumulus, ad-
mira-



pag 68


icopi, & Cardinalis, ut nu. 71. à trans-
versa Basilicæ parte translatus. Pro-
ejus icone adi prædictam Tab. XXII.
sub lit. H.


72. Huic situ, ac nitore inferior ja-
cebat alter Stephani Nardini Foroli-
viensis, Ecclesiæ Romanæ Cardinalis, **D**
amplissimi, ut num. 72. & in eadem
Tab. XXII. videre potes sub lit. L.

73. Non longè ab Heruli tumulo
in amplum ostium parietes aperiebant-
tur, per quod adibatur Oratorium
S. Thomæ Apostoli à Symmaco extru-
ctum, atque ornatum, ut nu. 73. Ejus-
que formam inquires in Tab. XXII.
lit. G. Hujus in medio sub marmoreis

men, sub lapide signis, & emblematis
bus ornatissimo decubuit Theobaldus
de Monte Rubeo Archiepiscopus Bi-
suntinus.

78. 79. Extra aditum prædicti Ora-
torii ad Meridiem, in interiori Templi
pariete, ut nu. 78. Parius lapis affabrè
infulptus operiebat exuvias Christo-
phori de Maronibus Romani Episco-
pi Ifernien. & S. R. E. Cardinalis, istius-
que Basilicæ Archipresbyteri, optimè
meriti, qui excogitavit, ut fieret co-
piosa, & exactissima descriptio eorum,
qui vel minimum huic Ecclesiæ pio,
gratoque animo contulerunt. Hujus
deinde sepulcri locum, atatis decursu,
occu-





torium cum Altari B. Blasio Episcopo,
& Martyri excitavit. Poncellus de
filiis Urſi, juxta quod cum ſuis Patri-
bus, & uxore filiâ Marchionis Mon-
ferratensis, ſepulcrum habuit.

63. Splendidiùs tamen in proximo
eminebat Urbani Pont. VI. Neapolita-
ni ſepulcrum, Baſiliculae formam præ-
ſeferens. Ejus exemplar vide in Tab.
XV. lit. L. circa quod, quamplurima
Pontificum Romanorum cadavera re-
perta fuere, quæ ibidem relicta ſunt,
inter quæ illa Lucii II. & Cæleſtini III.
Matthæus Veggius enumerat; itaut
luce clariùs appareat accuratiſſimum
Mallium non temerè affirmaffe, in hac

tentam extra Baſilicam, ubi cum
Xyſti IV. Pont. liberalitate certavit
operoſior artificum eâ tempeſtate cla-
riſſimorum labor. In Patronos hujus
Oratorii B. Virginem, S. Franciſcum, ac
S. Antonium delegit idem Pontifex.
D Tres gradus ſedilium è ligno, juxta tri-
plicem ordinem Clericorum ibi Pfal-
lentium, ſolo fixit. Binos Beneficiatos
inſtituit, totidemque perpetuos Cleri-
cos, qui Xyſtini ſunt appellati, pluri-
mas, maximasque intra illud Sancto-
rum reliquias locavit, quas numeran-
do prolixior videret. Hujus Oratorii
faciem habes in Tab. XXII. ad lit. I.

67. 68. 69. Interiùs verò pavimenti
medium tenebat æneus tumulus, ad-
mira-

mirabilis artificii, ut num. 67. quem A Patruo suo, ac Prædecessori Xysto IV. constituit Julianus Cardinalis Ruverus, qui postea in Pontificem electus Julius II. appellatus est; ipse verò post obitum sub abside à tergo Altaris jacuit; attumulatis hinc inde S.R.E. Cardinalibus, Fatio Sanctorio, ut num. 68. & Galeotto Franciotti de Ruvere, ut num. 69.

70. Oratorio tandem egressis, in pavimento erat obvius lapis sepulcralis è marmore, ut num. 70. & in Tab. XXII. lit. K. piissimæ Carolæ Cypri, & Hierusalem Reginae, quæ pietatis ergo Romam profecta, eamque peregrinationis, & vitæ suæ terminum nacta, à Summo Pont. Xysto IV. Regiâ quâ par erat funeris pompâ sepulcro mandata fuit. Nec longè ab illa, Maria Constantinopolitana genere nobilissima, fato non impari excepta. Earum monumenta Græco caractere marmoris incisâ fuere.

71. Hæc in pavimento. In pariete verò opposito tumulus eminebat Bernardi Heruli Narniensis, Sabinen. Episcopi, & Cardinalis, ut nu. 71. à transversa Basilicæ parte translatus. Pro ejus icone adi prædictam Tab. XXII. sub lit. H.

72. Huic situ, ac nitore inferior jacebat alter Stephani Nardini Foroliviensis, Ecclesiæ Romanæ Cardinalis amplissimi, ut num. 72. & in eadem Tab. XXII. videre potes sub lit. L.

73. Non longè ab Heruli tumulo in amplum ostium parietes aperiebantur; per quod adibatur Oratorium S. Thomæ Apostoli à Symmaco extructum, atque ornatum, ut nu. 73. Ejusque formam inquirens in Tab. XXII. lit. G. Hujus in medio sub marmoreis

lapidibus jacebant corpora Joannis Podii Bononiensis Episcopi, & Matthioli de Lampugnano Episcopi Placentini, Petri Lunelli Episcopi Cajetani, & Francisci Barclai Milopotamien. Episcopi, ex Turnone Valentia oriundi, Basilicæ Pœnitentiarii, qui omnes commune ibi sepulcrum habebant.

74. 75. 76. 77. A sinistro Altaris cornu parietibus inhærebat omnis elegantia fons Baptismalis, ut num. 74. ad cujus basim Pontifex Max. Innocentius VII. ad latus Petrus Fonseca Lusitanus, Diaconus Cardinalis, ac Nicolaus Ecclesiæ Vaticanæ Canonicus, è nobilissima Vicecomitum familia, extincti quievère, prout num. 75. A dextero autem cornu Altaris in Orientem, è Pario marmore concinnè admodum elaborata viscebantur sepulcra Ardicini Junioris Presbyteri ut nu. 76. & Ardicini Senioris Diaconi S.R.E. Cardinalium *della Porta* num. 77. ut vulgò appellabantur, quorum pietas, & devotio in S. Thomam Apostolum, Oratorii decorem senio labentem firmavit, & auxit. His denique medius, infra tamen, sub lapide signis, & emblematicis ornatissimo decubuit Theobaldus de Monte Rubeo Archiepiscopus Bisuntinus.

78. 79. Extra aditum prædicti Oratorii ad Meridiem, in interiori Templi pariete, ut nu. 78. Parius lapis affabrè insculptus operiebat exuvias Christophori de Maronibus Romani Episcopi Ifernien. & S.R.E. Cardinalis, istiusque Basilicæ Archipresbyteri, optimè meriti, qui excogitavit, ut fieret copiosa, & exactissima descriptio eorum, qui vel minimum huic Ecclesiæ pio, gratoque animo contulerunt. Hujus deinde sepulcri locum, atatis decursu,

occu.

occupavit Sacrarii janua, quam habes **A** prope Basilicæ finem, sub lateritio sepulcro depositum fuit corpus B. Pii V. ut num. 82. quod postmodum in Liberianam Basilicâ augustissimâ pompâ à Xysto V. Summo Pontifice translatum, ubi in sacello ab eodem Xysto magnificentissimè constructo, relictur.

80. Gregorianum sepulcrum in parietum crassitie, sequebatur absidula cum altari in nu. 80. quod fortè Gregorius IV. erexit in cultum B. Sebastiani. Verùm ita exolevit, ut ejusdem vix tenue vestigium in muri præfati demolitione reperiri potuerit, cum in Ecclesiæ inservientium commoditatem recens aditus apertus fuisset, unde iter ad Oratorium esset, exterius quidem, sed adjacens templo maximo, ubi olim Sanctimoniales vulgò dictæ *le Murate di S. Pietro*, clausæ degebant, quæ sub seculi sextidecimi finem in alia Urbis Monasteria translata fuere, de quibus infra ad numerum 165. dicemus.

81. Prope Sacrarii januam, de qua diximus supra num. 79. altera erat janua, ut in dicta Tabula XXII. litera B. quæ concedebat ingressum ad cameram amplam fornicatam, licet non integram, ad scopas, aliaque condenda lignamina, olim antiquum Sacrarium, ante quod diu S. Gregorii Magni jacuit corpus. Januæ huic proximum, auro, Pariisque marmoribus nituit sepulcrum Pii III. diverso, cultissimoque sculpturæ genere æque nobile. Ejus exemplar videri potest in eadem Tabula XXII. sub lit. D. Huic subjectus jacebat Franciscus Bandinus Piccolomineus Senarum Archiepiscopus.

82. Paulò inferiùs eodem ordine,

83. Aliam quoque lateritiam urnam à superiore paulò distantem, ut num. 83. sed in eadem parte parietis, ad tempus habuere, Julius III. & Hadrianus VI. ut scilicet inde asportati alibi locarentur. Julii lateritium tumulum vide in dicta Tabula XXII. sub litera C. Hadriani verò cadaver, in Ecclesiam S. Mariæ de Anima denominatam, translatum fuit.

84. In ultimo autem hujus navis angulo Constantia Piccolominea humata fuit, eique proximum, ut in num. 84. altiùs tamen in pariete erat sepulcrum Pii II. quod eximium illud Pii III. nepotis supra descriptum n. 81. æmulabatur. Ambo hæc sepulcra ab Alexandro Cardinali Montalto in Ecclesiam S. Andreae de Valle translata fuere; eò quia eodem in loco, ubi Ecclesia præfata ab eodem Cardinali magnificentissimè constructa fuit, Illustrissimæ Piccolomineorum familiæ erat Palatium, plateaque illa, quæ ante ejusdem templi faciem jacet, Platea Senarum denominabatur.

85. Ab horum sepulcrorum fronte Oratorium S. Gregorii Magni erat, ut num. 85. quod ei Gregorius IV. eximius cultor Sanctissimi Prædecessoris dicavit, & sub eodem prædicti S. Pontificis corpus, urnâ Ægyptiaci marmoris miræ amplitudinis inclusum, necnon trabibus ferratis munitâ venerabundus reposuit, multis per sacellum altaribus exci-

excitatis ad Sanctorum reliquias decorè servandas, quas è diversis Cœmeteriis, Cryptisque huc attulerat. De ejusdem Santissimi Pontificis corporis è Porticu, in hanc Basilicam translatione, sic Bibliothecarius in præfati Gregorii IV. vita scribit: *Et quoniam tunc divino ignis amore succensus corpus Beati Gregorii hujus universalis Ecclesie Præsulis, per quem S. Spiritus gratia toto Orbe Terrarum inextinguibile sapientie munus induxit, ex loco, sepultus, quo prius fuerat tulit, & non longè ab eo in alium noviter constructum infra Ecclesiam B. Petri Apostoli summo honore, perduxit, ejusque sacrum altare argenteis tabulis undique perornavit, & Oratorium suo sancto nomine titulavit, absidamque ejusdem super aurato Muro depinxit, in quo scilicet Oratorio Sanctissima corpora Beatorum Martyrum Sebastiani, Gorgonii, ac Tiburtii ex Cœmeteriis, in quibus ante jacebant perduxit, & unumquodque eorum separatim altaribus collocavit, pro quibus denique Pontificatus sui tempore decrevit, ut monachi, qui ad officium persolvendum in Ecclesia B. Petri Apostoli sunt constituti, omnibus diebus ibidem, laudes omnipotenti Domino canere non desistant. Obtulit autem in eodem Oratorio vela majora, vel modica serica decem & octo. Vestes super altare, sub quo Sanctissimi Gregorii Papæ corpus quiescit tres. Unam cum chrysoclavo habentem historiam ::::: & super unumquodq; altare prædictorum Martyrum vestem de fundato unam. Imagines denique desuper de argentatas, necnon auro perfusas tres, habentes vultum Domini, & eorum depictos, quorum specialia ibidem corpora humata, miraculis, ac virtutibus pollent. Verùm*

A cum jam Oratorium hoc nimià laberetur vetustate, Pius II. reparavit, pretiosisque marmoribus pristino decori, super extructâ camerâ, restituit, quam auro, gemmisque perfulgidam quatuor è lectissimo marmore columnæ sustentabant, ibique B. Andreae Apostoli caput, summis honoribus publicè exhibitis, collocavit. Hujus altaris exemplar vide in Tab. XX. sub lit. A.

B 86. In hoc etiam facello sepulcrum quidem non inelegans habuit Agnes de Columna ut nu. 86. Hæc de hac posteriori navi scripsisse satis superque sit; modò ad reliquas duas minores, ad lævum Basilicæ latus in Septemtrionem, gradum faciamus, & primò anteriorem, maximæ navi propiorem lustremus.

S E C T I O VIII.

De Oratoriis, Altaribus, atque Sepulcris, in anteriori minorique navi, ad Aquilonem existentibus.

87. **P**rimo igitur in navis capite ad Occidentem in parastrata dextera fornicis in Meridiem vergentis, ex qua parte in Basilicæ crucem aditus erat, ut num. 87. post Altare S. Antonii Abbatis, aliud Sanctis Laurentio, & Georgio extructum fuit, dotatumque à Jacobo Cajetano de Stephanescis hujus Basilicæ Canonico, deinde S. R. E. Cardinali pro anima sua, & Annibaldi de Ceccano nepotis, & Cardinalis, prope quod ipsi sepulti sunt. Hic porrò Cardinalis auctor fuit Jotto pictori eâ tempestate celeberrimo, ut D. Petri Naviculam fluctuum impetu jactatam & penè naufragantem intra Basilicæ atrium in parietibus qua-

quadriporticus ad Orientem, opere ^A verò tempore, diruto altari, eodem in vermiculato exprimeret, de qua suo loco.

88. E regione autem visebatur ara sine nomine, & cultu, suâ tamen simplicitate non indecora, ut num. 88.

89. 90. Laudati Alpharani ordinem sequendo, in hujus minoris navis medio in Cappella, quæ nunc dicitur Gregoriana, in loco designato n. 89. recol. mem. Gregorius XIII. sepultus fuit. In pariete autem noviter à Paulo III. ^B Summo Pontifice tunc extructo, qui per transversum hanc sinistram navim interfecabat, inter undecimum, & duodecimum columnarum ordinem, novum fuit extructum altare, ut n. 90. in quod Beatissimæ Dei Genitricis Mariæ filium amplexantis imago, quæ antiquitus in Oratorio S. Leonis Papæ posita erat, translata fuit, sub eodemque altari multa sacra lypfana recondita fuere, quæ ipse Alpharanus recenset. Postea verò laudato Greg. XIII. ^C jubente, hoc diruto altari, eadem Deiparæ Virginis imago ad cappellam, ab eodem Pontifice constructam, translata iterum fuit. Ante hoc Altare sepulcrum Bernardini de Cruce Episcopi Novocomensis erat, juxta quod ossa Callixti III. Alexandri VI. Urbani VI. ac VII. translata fuere, cujus sepulcri formam habes in Tab. XV. lit. M. cui sepulcro proxima erat exigua quædam ^D janua lit. N. designata, quæ in præmemoratum sacellum Gregorianum ducebat.

91. In hac eadem navi ad Orientem juxta portam, quæ dicebatur Guidonea aliud erat perantiquum altare ut nu. 91. S. Tridento dicatum, postea S. Antonio de Padua, cum domus Ursinorum stemmate. Alpharani

verò tempore, diruto altari, eodem in loco, lapis supra quem plurimi Sancti Martyres pro Christi fide mortem optetierant, qui olim juxta S. Joannis Chrysofomi aram colebatur, positus fuit, ut indicat Tab. XIX. lit. F. Inibi etiam duo rotundi lapides, ferro ligati, collocati fuere, quos pedibus SS. Martyrum carnifices appendebant, dum illi in eculo cruciabantur. Modò omnes hi lapides ad primam visuntur parastratam.

92. Ad ingredientium sinistram, ubi lustralis sumitur aqua, ex altera parte ejusdem Guidoneæ portæ in Aquilonem, aliud erat antiquissimum altare, ut num. 92. cum insignibus, & descriptione in lapide marmoreo nobilium Romanorum de Amateschis à nobile Odone Lotta de Amateschis restitutum, ac S. Antonino Martyri dicatum; postea S. Birgittæ, demum S. Erasmo Episcopo, & Martyri; quo etiam diruto, Alpharani tempore, ejus loco, lapidem, sive Tabulam porphyreticam posuerunt, in qua ossa Sanctorum Apostolorum Petri, & Pauli, ut supra diximus, divisa fuere. Locus istius Tabulæ designatur in dicta Tabula XIX. lit. D. Hac perlustratâ navi, modò ad alteram huic proximam, quæ etiam Aquilonem respicit, stylum vertamus, quæque ob singularem Domini Nostri Jesu Christi imaginem, ^D Vultus sancti, sive Sanctissimi Sudarii, Veronicæ navis appellata fuit.

S E C T I O IX.

*De Oratoriis, Altaribus, & Sepulcris
navis ultimæ, ac posterioris
in Aquilonem.*

93.94.95. **I**N hujus navis capite ad Occidentem, ut n.93. demonstratur; perantiquum extabat Altare, quod cuinam Sancto olim dicatum esset, ignoratur. E conspectu juxta alteram parastatam ad Aquilonem, ut num.94. pulcherrimum visebatur Sacellum, cum Altari S.Ægidio Abbati erecto, amplissimisque redditibus locupletato, à Joanne Tomacello Comite Soræ Pontificis Bonifacii IX. Germano. Juxta hoc facellum aliud sequebatur, ut num.95. non minoris formæ, cum Altari, marmoribus, ac columnis diversorum colorum extructum, Divoque Nicolao Episcopo, & Confessori sacratum.

96. Numerus iste Cappellam Gregorianam designat, de qua nuper diximus. In eam translata fuit devota Imago Dei Genitricis Mariæ Virginis de Succursu nuncupatæ, quæ olim in supradicto Oratorio S. Leonis Papæ extabat. Sub hoc Altari Summus Pontifex Gregorius XIII. corpus S. Gregorii Nazianzeni, cognomento Theologi, & Ecclesiæ Doctoris, quod per longum temporis spatium in Ecclesia S. Mariæ Campi Martii de Urbe quieverat, inde amotum, splendidissimâ pompâ, repositum.

97. In antiquo pariete ejusdem navis, loco indicato num.97. erat facellum S. Jacobo Apostolo dicatum, ac ab Antonio de Calvis S.R.E. Cardinali, hujusque Basilicæ Archipresbytero, restitutum.

A 98. Propè hoc facellum aliud sequebatur, nempè sub num.98. S. Hieronymo Confessori, & Ecclesiæ Doctori, ab Acheruntio de Bovenis erectum, atque dotatum.

99. Non longè ab isto eodem in pariete aliud erat Altare, ut num.99. S. Augustini Episcopi, & Ecclesiæ Doctoris, ab Altarasio Canonico restauratum, & pingui dote locupletatum.

B 100. Juxta dictum Altare S. Augustini aliud respectivè erat antiquissimum Altare, S. Ambrosio Episcopo, & Ecclesiæ itidem Doctori consecratum, cujus locus designatur num.100.

101. In eodem ordine, ut nu.101. aliud sequebatur Altare elegantissimum D. Martino Sacratum, amplissimisque proventibus ditatum à Joanne Gallo S. R. E. Cardinali Vivariensi, Ostiensi Episcopo, ac Vicecancellario.

C 102. Parum ab hoc S. Martini sacello distabat aliud Altare, ut nu.102. in honorem S. Agathæ Virg. & Mart. constitutum, ac ab Ægidio de Roffredis restitutum, quo deinde in Basilicæ, demolitione disiecto, ejus locum sepulchralis urna è marmore Marcelli II. Summi Pontificis occupavit.

103. Ante hoc sepulcrum in recentis Basilicæ murum, qui illam à veteri dividebat, translatum fuit Altare, **D**S. Luciæ Virg. ex Ecclesiæ ruinis erptum, in quo Sanctæ hujus Virginis brachium, quemadmodum à B. Gregorio Magno in prima dedicatione locatum fuerat, in hac nova consecratione eadem thecâ exceptum, repositum fuit. Hujus Altaris orthographiam habes in Tab.XV. lit.P.

104. Pone Altare B. Agathæ alius erat aditus, ex quo ad duas alias Basili-

cæ adiacentes Ecclesias patebat accessus; quarum Ecclesiarum nomen, & Auctor latent. Tandem ocluso aditu, marmoreum Nicolai V. sepulcrum, ibi ex ruinis Basilicæ transpositum fuit; cujus formam habes in Tab. XVII. lit. E.

105. Non procul ab eodem Nicolai monumento, antiquitus stabat ara, S. Mariæ de Misericordia appellata, quæ à Nardo Catino hujus Basilicæ Beneficiato refecta, dotataque fuit: quâ denique jam labente, ejus loco, ut num. 105. à Paulo II. Altare erectum fuit, ac B. Marco Evangelistæ sacramentum, cujus exemplar inspicere poteris in eadem Tab. XVII. lit. C.

106. Juxta aram B. Marci, ut num. 106. eximium Pauli II. sepulcrum è marmore fuit transvectum, pulcherrimè ornatum, ut in Tab. XVII. lit. F. & licet marmorea Tabula, in qua ipsius nomen incisum erat, in anteriori navi dextera, ante Crucifixi aram strata reperiretur, attamen ejus corpus, Pontificum corporibus, è propriis thecis extractis, apud B. Petri Principem aram eâ parte, ubi jacet inscriptio -- *Polyandrium, hinc congesta sunt ossa plurimorum*; humatum fuit.

107. Prope locum hunc ut num. 107. ubi dictum sepulcrum fuit locatum, erat antiquitus ara S. Abundii, olim hujus Basilicæ Mansionarii, de quo in Martyrologio ad diem 14. Aprilis fit mentio. Hujus etiam meminit Divus Gregorius lib. 3. Dialog. cap. 25. Hoc eodem in loco aliquando Leonis X. lateritium depositum stetit, quo demum in eximium; ac spectabile sepulcrum ad Ecclesiam S. Mariæ super Minervam, tempore Tiberii Alpharani, ut ipse testatur, translato, Pii

A IV. corpus lateritio, gypseoque monumento ibi fuit depositum, atque inde die 4. Februarii anno 1583. Gregorio XIII. Pontifice, ad Thermas in Ecclesiam S. Mariæ Angelorum pariter translatum fuit.

108. Numerus iste vetustum, designat aditum ad Ecclesiam S. Vincentii, quo clauso ejus in locum sacellum B. Mariæ Virginis ab Innocentio VIII. exstructum, ac dotatum transvectum fuit, de quo supra jam dictum est num. 38. Præmemorati sacelli ciborium, reliquiis SS. Martyrum, Confessorum, ac Virginum erat refertum, quæ feriâ secundâ Paschatis, populo in statione affluentem visendam, exponebantur in triginta octo tabernaculis, seu thecis elegantissimis, ac preciosissimis inclusæ, hæcque omnes enumerat Alpharanus sub eodem num. 108.

109. Hinc, nempe sub num. 109. juxta prædictum sacellum, Innocentii VIII. æneum ipsius erigebatur sepulcrum, tantæ elegantiæ, ac precii, ut nulli secundum existimaretur, de quo meminimus supra ad num. 38. ejusque exemplar etiam retulimus in Tab. XVII. lit. B.

110. Post hoc sepulcrum, antiquum sequebatur Altare in honorem S. Laurentii Martyris dicatum, ac dotatum à Lello de Milglis de regione Parionis, ut num. 110. quo etiam iniuriâ temporum diruto, illuc labrum magnum è lapide Numidico, plumbo, ferroque apprimè glutinatum, quod fortè Pontificis alicujus sepulcrum erat, & juxta aram maximam, & Oratorium S. Leonis olim steterat, translatum fuit.

111. Juxta hoc labrum, ut n. 111. erat sepulcrum Aloysii Cardinalis, ex fami-

III XX · II AT



D




fig. 1



fig. 2



familia Roffiorum Florentiæ, quo in loco Alphanus ævo, Pauli IV. Pontificis corpus lateritio tumulo fuit exceptum, postmodum B. Pii V. studio in marmoreum, egregiumque sepulcrum intra templum B. Mariæ super Minervam translatum fuit.

112. A Pauli IV. sepulcro parum distans, ut num. 112. aliud elevabatur antiquum, & lateritium sepulcrum Franciotti Cardinalis Urfini, tituli Sanctæ Mariæ in Cosmedin, ac hujus Basilicæ Archipresbyteri, quod, ut sæpe memoratus Alphanus tradit, ex Pii V. generali decreto de cunctis sepulcris supra pavimenta omnium Ecclesiarum amovendis, ac sub defunctorum pavimento condendis, prædictum Franciotti corpus, & nonnullorum Purpuratorum, nobiliumque ossa, pluribus sepulcris, ubique per Basilicam erectis exportata, in pavimenti visceribus humata fuere.

113. Porta parvula, ut num. 113. olim apud hujus navis angulum ad Aquilonem in parietibus erat, Porta Sancta dicta, quæ centesimo antiquitus referabatur anno, in cujus vicem proxima suffecta fuit, ubi patebat S. Mariæ ad Præsepe Altare.

114. Numerus 114. locum ubi erat facellum, & Altare S. Mariæ ad Præsepe designat, quod Joannes VII. eximiis Musivis, picturis, & marmoris incrustationibus, columnisque vitineis, è Pario marmore, exornaverat. Dein in loco ubi erat Altare suffecta porta fuit, quæ Sancta dicitur, aliâ proximâ oppletâ muro. Hujus facelli; locive, ubi Musiva opera in eo extabant exemplar habes in Tab. XIX. lit. B. & C. & in Tab. XXIII. lit. A. Portam Sanctam Jubilæi denotat, lit. B. colum-

nas vitineas, quæ facellum ornabant, lit. C. Musivum opus supra idem facellum depictum, quod in ampliori forma habes sub lit. D. In explicandis figuris in eodem Musivo expressis non immoror, cum per se omnibus pateant; solummodo indico ipsius Pontificis Joannis VII. figuram lit. E. designatam, quæ retro caput quadratum habet, & Crucifixum quatuor clavis perforatum. Præter relata Musiva alterum expono in Tab. XXIV. sub fig. I. Musivum hoc observavi in Ecclesia S. Mariæ in Cosmedin, quod supra januam interiùs collocatum est, cum sequenti inscriptione:

Urbano VIII.

Vetustissimas has Musivas imagines in Oratorio Dei

Genitricis intra B. Petri Basilicam à Jobanne VII. ad annum DCCV.

Exedificato olim extantes & in ejusdem Basilicæ sub Paulo V.

Amplificatione piè servatas hic ad perpetuum rei sacre

Monumentum Jo: Ant. Ghezzius Rom. hujus Diaconie Canonicus

Donavit & affigendas curavit anno salutis MDCXXXIX.

Lectorem hic admonitum volo, quod figuras in Tab. XXIII. expressas, intersecatis lineis ad Musivum denotandum opus velare minimè feci, ne earundem parvitatem, ipsæ obscuræ remanerent.

115. Ante præmemoratum facellum, ubi præfata Porta Sancta suffecta fuit, aderat Ciborium, à conservando Sudario Domini Nostri Jesu Christi, Veronicæ appellatum. Ciborium quatuor, si emblematis, sex verò columnis elegantissimis, si Alphanus fides præstanda sit, sustentabatur, unde quaque

ferreis, & deauratis cancellis munitum, ac circumseptum, cujus in summitate præfatus Crucifixus æneus quatuor clavis affixus positus erat; nunc autem in Basilicæ Sacratio asservatur. Hujus Ciborij exemplar habes in Tab. XXI. lit. C. D. lit. E. denotat præfatum Crucifixum æneum?

SECTIO X.

De Sepulcris, & aliis multis, quæ erant in Quadriporticu, & Atrio Basilicæ, ut in Tab. Ichnographica.

116. **I**N atrii centro sub dio sita erat ænea vetustissima Pinea deaurata, altitudinis quindecim, & latitudinis septem palmorum cum dimidio, additis hinc inde duobus æneis, & deauratis Pauonibus, ac quatuor Delphinis pariter deauratis, aquam fundentibus, octo porphyreticis columnis circumlocatis, quæ tectum æneum sustinebant, quo Pinea cooperiebatur. Epistilia, quæ columnis imminebant, Palmis, Crucibus, & Agnis Musivis, Zophorum exornatum habebant, in quo sequens æneum signum peculiariter visebatur X. In Pineæ extremitate insculpta prominebant hæc verba. *P. Cincius P. L. Salvius fecit*, scilicet: *Publius Cincius Publici Libertus Salvius fecit.* Duæ etiam aderant literæ scilicet A. & O. Pineam hanc, sicuti etiam Pavones, & Delphinos in Hadrianæ molis summitate olim fuisse scribunt Marlianus, Panvinius, & alii Antiquarii. Hodie eadem Pineæ, & Pavones in Pontificio viridario visuntur. Si vero Pineæ ejusdem cum illius ornatibus exemplar desideres, exponitur in Tab. IX. lit. Q.

117. Non longè ab eadem aberat Pineæ magnus ex ære Cantarus, sive labrum deauratum, quod nos fontem æneum diceremus, in cujus summitatem per aliquot ascendebatur gradus, ut publicè Peregrinis ad Basilicam confluentibus commoditati, ac usui esset. Verùm in hujus Cantari, præfatæque Pineæ descriptione, ex variis Auctorum sententiis, dubium incidit, an unus tantum, vel duo fontes in Atrio locati essent. Primò enim Canonicus Romanus, sive Petrus Mallius, qui tempore Alexandri III. vixit in sua Vaticanæ Basilicæ descriptione sic factur: *In Paradiso S. Petri est Cantarum, quod fecit fieri Symmachus Papa, columnis porphyreticis ornatum. Quæ nimirum columnæ tabulis marmoreis cum griphonibus connexæ, pretioso celo cæneo coopertæ, cum floribus, & Delphinis deauratis aquas fundentibus. In medio verò hujus Cantari est Pineæ ænea, quæ fuit coopertorium cum smino æneo, & deaurato super statuam Cibelles Matris Deorum in foramine Pantheon. In qua, videlicet Pineæ subterranea fistula plumbea subministrabat aquam ex forma Sabbatina, quæ toto tempore plena præbebat aquas per foramina nucum omnibus indigentibus eâ; & per subterraneam fistulam quædam pars fluebat ad Balneum Imperatoris juxta Agulea. Alpharanus verò præteriti seculi scriptor, de eodem Cantharo, præter superius relata scribit, aquam ex forma Sabbatina per subterraneos scyphones, & plumbeas fistulas in eum corrivatam fuisse, quæ postea ex Pineæ ænea per foramina nucum defluebat. Quare sensus hujus scriptoris esse videtur, quod Cantharus in sublimi loco positus*

tus esset, ex quo aqua descendens per Pineæ foramina, in depresso loco positæ, exiliret; quod tamen à verisimili alienum reor, cum Pinca non spernendæ altitudinis sit, nempe palmorum 15. & amplius, si ei basis addita fuisset, quâ propter, si aquæ è Pineæ summitate exeundum fuisset, in altitudinem palmorum triginta Cantharus elevari debuerat, cum aqua descendens suæ primæ altitudinis tertiam partem amittat. Turrigius autem jam à quinquaginta, & ultra annis Scriptor, narrat hunc Cantharum fontem fuisse in Atrio, quod Paradisus appellabatur ad Peregrinorum usum à Symmacho Papa constructum. In cujus locum, altero parumper ab isto distante constructo fonte, Pineam collocavit, quæ etiam aquam fundebat, quibus hanc addit Bibliothecarii auctoritatem: *Cantharum B. Petri cum quadriporticu marmoribus ornavit, & ex Musivo Agnos, & Cruces, & Palmas fecit.* At si ponderanda sit Tab. IX. in medio Atrii visitur Pineæ cum intercolumniis, aliisque ornatibus lit. Q. designatis; quâ in figura nullum omnino vestigium vasis ad excipiendam aquam apparet.

118. In hoc etiam Atrio supra tres illas januas quadriporticus posterioris in Ortum, per quas in Atrium, & in Basilicam iter erat, B. Petri navicula, fluctibus agitata, ac veluti naufraga in parietibus videbatur expressa, elegantissimo, nobilissimoque Musivo opere, labore Jotti ævi sui Pictoris commendatissimi, de quo supra fati sumus ad num. 87. impensâque Jacobi Cajetani de Stephanescis S. R. E. Cardinalis, & antea hujus Basilicæ Canonici; quod constat ex membranaceo

manuscripto in Archivo S. Petri asserto, cujus verba Turrig. refert in suo tractatu de Cryptis Vaticanis pag. 162. hæcque sunt: *Obiit san. mem. Dom. Jacobus Gayetani de Stephanescis S. Georgii Diac. Cardinalis, Canonicus noster, qui nostræ Basilicæ multa bona contulit &c. In Paradiso ejusdæ Basilicæ de opere Musivo historiam, quâ Christus B. Petrum Apostolum in fluctibus ambulans, dexterâ ne mergeretur, erexit, per manus ejusdem singularissimi Pictoris fieri fecit, pro quo opere duo milia, & ducentos florenos persolvit.*

Navicula hæc veluti fluctibus agitaretur, in varias nostris temporibus impulsam vidimus partes, nam cum in scalarum area, quæ ante Ecclesiæ faciem sunt, & antequam in hanc præsentem redigerentur formam, quidam prægrandis murus attollebatur, ubi nunc magnæ illæ sunt fenestræ, quæ porticum ad interiores scalas Palatii ducentem illuminant; in eodem muro à Paulo V. præfata navicula fixa fuit; postea ab Urbano Papa VIII. super interiorem Regiamque portam, ejusdem Basilicæ translata; deinde ab Innocentio X. ex illo loco avulsa in atriolo, quod ante majorem Palatii erat portam, altiori in loco posita; deinde ab Alexandro VII. Summo Pontifice occasione constructionis præfate porticus diruta. Deinde nobile hoc monumentum, sacrarum memoriarum ferventissimus cultor, bon. mem. Eminentissimus Cardinalis Franciscus Barberinus, ne periret, iterum ad antiquum exemplar construi fecit in porticu ante faciem Basilicæ, ubi nunc visitur, in mediana ipsius interiori porta. At de hac navicula fusiùs in tertia nostri operis parte, juxta temporis seriem, agemus,

mus, & ipsius exemplar demonstra-
bimus.

119. Juxta portas jam dictas, à dex-
tera parte Atrii, pariter in Ortum con-
tra Austrum parvula quidem, sed ve-
tustissima stabat ædicula, figuris, &
aliis ornamentis illustris, in qua Pere-
grinorum fuit Altare, cujus in cornu
dextero adhærebat parieti tabula è
marmore, plurimorum Sanctorum re-
liquiis venerabilis; quarum seriem ex-
plicat Alpharanus in suo MS. hoc co-
dem num. 119.

120. Pone ædiculam hanc sepultus
fuit Honorius Augustus, ut tradit
Paulus Diaconus in Appendice Eutro-
pii lib. XIV. anno Urbis conditæ 1165.
sic narrans: *Honorius annis quindecim
cum imperasset, & iam antea annis tre-
decim, ac sub Patre duobus regnasset,
republicam, ut cupierat pacatam re-
linquens, apud Urbem Romam vitâ
exemptus est, corpusque eius iuxta
B. Petri Apostoli in Mausoleo sepultum
est.* Ibi que etiam humati fuere Otho
II. Placidius, & Valentinianus III. Im-
peratores, ut quidam antiqui Scripto-
res testati sunt; quorum sepulcrum è
porphyritè pereleganter, ac magnificè
excitatum, Honorii Mausolæum ap-
pellatum est, & adhuc hodie sub for-
nice novi pavimenti servatur; ejus
exemplar habes in Tab. IX. sub lit. I.
quod inversum cernitur. Hujus sepul-
cri occasione, palinodiam nos canere
debemus, nam in nostro opere de Ve-
ter. Monimen. part. I. cap. 23. diximus
Honorii sepulcrum Ravennæ in Ec-
clesia SS. Nazarii, & Celsi, vulgò Gallæ
Placidia, extare, ibique Imperatorem
hunc, cum eadem in civitate decessisset,
humatum fuisse. Notitiam hanc ex Fa-
bri, qui Sacras Memorias Ravennæ

descripsit deprompsimus, illique, tam-
quam de re ad suam patriam spectante
adhibuimus fidem: at modò ab eodem
recedere cogimur, Scriptoremque an-
tiquiorem maioris nominis, ac famæ
sequi æquum arbitramur.

121. In sinistro præterea latere an-
terioris partis quadriporticus, quæ me-
dia inter frontem Basilicæ, & atrium
attollitur, ad Aquilonem, in angulo
contra Orientem, amplissima patebat
porta à Julio II. restaurata, per quam
B alia porticus adibatur, quam Innocen-
tius VIII. labentem refecit, unde plures
gradus è marmore in augustum sa-
crumq; Palatium Apostolicum ascen-
sum præbebant. In hoc autem Palatio
visebantur, Aula magna, quæ Regia
propter amplitudinem appellatur,
Oratoria Xysti IV. & Pauli III. venu-
sta, Sacri Consistorii cubicula, Aula
pro domicilio Pontificis, plura mænia-
na triplicis ordinis, variis, pulcherri-
misque picturis ornata, quibus accede-
bant viridaria, lucus, fontes, turres, &
propugnacula, aliaque multa dignissi-
ma visu monumenta, quæ omnia
nunc quoque, quibusdam tamen diu-
tinas ob instaurationes mutatis, auctif-
que, non sine magna admiratione, con-
spicimus.

122. Post dictam à Julio II. restau-
ratam portam, quædam alia aperiebatur,
quam tamen potius dixisses ma-
gnum aditum, seu arcum, à quo transi-
tus erat ad Ecclesias S. Gregorii, S. Vin-
centii, cæterasque adiacentes Basilicæ;
qui tamen aditus, sive porta, ante Al-
pharani tempora, occlusa fuit.

123. Deinde etiam prope eandem
occlusam portam, alterumque angu-
lum porticus, Benedicti IV. sepulcrum
è marmore situm erat, quod tempo-
rum

rum injuriã penè deperiit, uti ceteri aliorum Pontificum tumuli, quorum cineres sub pavimento repositos fuisse nemini dubium videri potest, si Alpharani opinionem sequamur, cujus tempore adhuc extabant eorundem sepulcrorum vestigia in parietibus hujus porticus, antequam à Gregorio XIII. tectorio opere tota dealbaretur, picturisque decoraretur, supra quinque Regias Basilicę januas, deletis quibusdam antiquis imaginibus, dejectisque marmoreis incrustaturis, quę totam Basilicę faciem à Constantino Magno sic exornatam fuisse suadebant. Ex horum autem omnium ornamentorum reliquiis unica tantum cavea, cum Psittaco, media supra portas Ravennatem, & Judiciı relicta fuit, quę hodie quoque deperiit.

124. Huic angulo proximum in parietibus frontis Basilicę sequebatur ostiolum clausum, quod vulgò antiqua Porta Sancta dicebatur, & huic penè contigua erat alia Porta Sancta, recentioris structurę, pulcherrimoque ex marmore versicolori constructa, respiciebatque Oratorium Sanctę Marię ad Pręsepe, in posteriori navi sinistra locatum, ut vides in Tabula XIX. lit. B. & Tab. XXIII. lit. A.

125. Inter hanc Portam Sanctam, proximamque Guidoneam ut nu. 125. non mediocris aderat elegantię sepulcrum Joannis IX. è marmore cum Epitaphio.

126. Post dictam Portam Sanctam alia sequebatur, quę proximę navi correspondebat, dicebaturque Guidonea à Guidonibus, qui Peregrinos per eam in Basilicam introducebant, eisdem omnia memoratu, visuque digna ostendentes, de qua etiam meminit

Petrus Mallius, sive Canonicus Romanus in sua Descriptione Vaticanę Basilicę num. 44. ubi sic: *Porta illa, quę est juxta eam, & quę vadit per porticale juxta Veronicam, dicitur Porta Guidonea, quoniam Guidones, qui ducebant Oratores venientes per porticale, quod est juxta Nolarium majus, frequenter per eam intrabant; unde usq; ad nostra tempora facula, & cerei ibi vendebantur.* Vixit enim Mallius circa medietatem XII. seculi, ex cujus auctoritate deduci valet, quod Oratores, videlicet Peregrini faces emebant, sive candelas, quas postea ad Beatissimum Apostolorum sepulcrum, sive confessionem offerebant, vel etiam accendebant, in eorundem Apostolorum honorem. Sæpè laudatus censet Turrigius, eosdem Peregrinos processionaliter cum candelis accensis Basilicam ingredi consuevisse; quam quidem sententiam minus probabilem puto. Fuit etiam eadem janua Porta Veronicę, sive Sudarii à proximo facello denominata: Supra eam autem appensa erant corona, lancea, & insignia Regis Hungarię, ad corpus Beati Petri transmissa ab Henrico Cæsare, qui Regem, ac Regum Hungaricum debellavit. Inibi quoque fixa erat lancea cum vexillo, quod Rex Hispanię sub anno 1212. Saracenorum Rege devicto Romam ferri, & in Basilicę B. Petri conspicuo, atque eminenti loco appendi curavit. Januę istius situs designatur in Tab. XIX. sub lit. E:

127. Inter hanc, & sequentem januam duo aderant Summorum Pontificum sepulcra Stephani nempe V. & VI. cum suis epitaphiis.

128. Alia erat janua, per quam ad alteram navim ad Septentrionem

vergentem, patebat aditus. Janua hæc appellabatur Romana. Rationem, cur ita appellaretur, Mallius in præcitato loco sic reddit: *Dicitur Porta Romana, quoniam, ut à nostris Majoribus accepimus, Romanæ mulieres antiquitus, & adhuc frequenter per eam intrant.* Hæc indicatur porta in eadem Tabula XIX. lit. Q.

129. Huic januæ proxima erant sepulcra Benedicti III. & Joannis XIX. & Bulla centesimi, idest Jubilæi anni, quæ in lapide marmoreo incisa fuit, & adhuc in nova visitur porticu, cujus tenor videri potest inter extravagantes communes, & incipit: *Antiquorum habet fida relatio &c. sub tit. de Pœnitentiis, & Remissionibus.*

130. In medio faciei Basilicæ tertia janua aperiebatur, quæ etiam in dicta Tab. XIX. sub lit. I. ostenditur, ac Argentea dicebatur, eò quòd ipsius valvæ ex puri argenti laminis, cælaturisque ab Honorio I. coopertæ fuerint, ut apud Bibliothecarium in ipsius Pontificis vita, sic: *Investivit Regias januas in ingressu Ecclesiæ, majores, quæ appellantur medianæ ex argento, quæ pens. libras noningentas septuaginta quinque.* Has tamen postmodum à Saracenis nudatas, direptasque Leo IV. primævo splendori restituit; ut in ejusdem Pontificis vita pariter testatur idem Bibliothecarius, ibi: *Ipsè insignis, Præsulque præcipuus cum innumera summi decoris opera in Basilica B. Petri Coeli clavigeri perfecisset, portas, quas destruxerat Saracena progenies, argentoque nudaverat erexit, multisque argenteis tabulis lucifluis, salutiferisque historiis sculptis decoravit, & in meliorem speciem, quã pridem fuerant, reparavit.* Hæ valvæ ab ævi injuria sive aliâ causâ lacera, de-

deciduaque, tempore Eugenii IV. ablata fuere, aliæque æneæ in earumdem locum suffectæ, de quibus in nostro opere de Veter. Monim. part. 1. cap. 5. egimus, ipsarumque iconismum attulimus. Occasione quâ, hanc descripsimus januam, sub silentio præterire minimè volumus, quod Canonicus Romanus, sive Petrus Mallius in sua descriptione Vaticanæ Basilicæ pag. 117. de quodam lapide propè hanc januam in pavimento existente narrat, nempe: *Requiescit etiam ante Portam Argenteam sub rota, scilicet porphyreticâ, ut à nostris Majoribus accepimus, Venerabilis Beda Presbyter, qui fecit Homilias, & ejus ob reverentiam Antiqui nostri penitus non transiebant per eam, nec nos transire permittebant.* Supramemoratam confirmat traditionem, Honorius Augustodunensis de Luminar. Eccles. ubi meminit, Bedam Romæ obiisse, ibique fuisse sepultum. Honorius Mallio Synchronus fuit; nam ille obiit anno 1124. ut docet Labbe de Script. Ecclesiast. Ex quonam Auctore notitiam hanc Bedæ Romæ obitus, Honorius desumpserit ignoro, fortasse ab eadem Mallii traditione decerpit. Beda enim obiit anno 735. ut placet citato Labbe, & sic per secula quatuor ante Honorium, quare facile iste decipi potuit. Hæc omnia indicanda esse duxi, ut scias eruditissimum, Daniele Papebrochium in Actis Sæctorum ad diem 10. Aprilis Tomo 1. pag. 866. & ad diem 27. Maii To. 6. pag. 723. hanc quæstionem examinare, ac asserere Bedam Venerabilem in Ultramontanis partibus obiisse, ibique fuisse sepultum. Qui plura desiderat laudatum Papebrochium adeat. Lapis præfatus orbicularis figuræ erat,

ae supra eundem diversae ceremoniae A in Creatione Romani Pontificis, ac Coronatione Imperatoris habebantur. De hac rota plura habes apud Turrig. pag. 124. & 520. Hodie adhuc extat, estque terminus, in quo Pontifices in receptione equi phalerati, vulgò *Cibinea*, quae pro Neapolitani Regni tributo, Romano Pontifici offertur, consistere solent.

131. E conspectu autem hujus portae, in intercolumniis porticus, ad ornatum tantummodò, positae fuere antiquissimae ex aere valvae huc, uti alia multa, è templo Salomonis transvectae, & has supra, ut jam dictum est, simulacrum marmoreum Divi Petri throno insidentis, locatum erat.

132. Magnus lapis è Numidico marmore, in quo Epitaphium Hadr. I. erat incisum, à Carolo Magno compositum, quod praeforibus ejusdem Basilicae adhuc visitur, illiusque tenorem retulimus supra sub n. 15. Hoc eodem in loco extabat sepulcrum Sergii I.

133. Quintam januam designat numerus 133. quae Porta Ravenniana appellabatur, ea de causa, quam docet Mallius num. 44. hisce verbis. *Porta verò quae est juxta Argenteam factam à Leone Papa IV. & quae vadit ad Sanctum Leonem IX. PP. vocatur Porta Ravenniana, quoniam antiquitus Ravennates, & omnes Longobardi, & Tusci de consuetudine per eam intrabant, vel quia Transyberini per eam intrare solebant, cum Transyberina civitas Ravennatum vocaretur.* Hæc Janua indicatur in Tab. XIX. lit. R.

134. In parietibus verò duabus his Januis interjectis, septem è marmore tabulae affixae erant, insculpta referentes Oliveta, fundos, aliaque permulta, quae

B. Gregorius Magna Basilicae dono dedit, sed ævi diuturnioris injuriâ factum est, ut è septem duo tantum tempore Alpharani superessent; quarum una adhuc in nova porticu visitur, habetque hanc inscriptionem.

† *Dominis Sanctis, ac Beatiss. Petro, & Paulo Apostolorum Principibus Gregorius indignus servus. Quotiens laudi vestrae usibus servitura quedam licet parva conquirimus vestra vobis reddimus non nostra largimur, ut hæc agentes non simus elati de munere set de solutione securi, nam quid unquam sine vobis nostrum est, qui non possumus accepta reddere, nisi quia per vos iterum & ipsum hoc, ut redderemus accepimus; unde ego vester servus reducens ad animum multum me vobis Beati Apostoli Petre & Paule esse devitorem, propter quod ab uberibus matris meae divinae potentiae gratia protegente intro gremium Ecclesiae vestrae aluistis & ad incrementum per singulos gradus usque ad summum apicem Sacerdotii licet immeritum producere estis dignati, ideoque hoc privilegii munusculum humili interim offerre devotione praevidi, statuo enim, & à meis successoribus servandum sine aliqua refragatione constituo, ut loca vel praedia cum olibetis qui inferius describuntur, quos pro concinnatione luminariorum vestrorum à diversis quibus detenebantur recolligens vestra vobis dicavi immutilata premanere, idest in patrimonio appiae mass. Victoriolas olibetu in fund. rumelliano in integro olibetu in fund. octabiano in integro mass. trabatiana olibet. in fund. burrejano ut sup. olibet. in fund. appiano ut supra.*

Olibetu in fund. juliano in integro olibet. in fund. viviano ut sup. Olibet. in fund. Cattia :: :: Olibet. in fund. solificiano.

ciano. ut sup. Olibet. in fund. palmis ut sup. Olibet. in fund. Sagaris. V..... Olibet. in fund. Marano. ut sup. olibet. in fund. juliano ut sup. olibet. in fund. sarturiano ut sup. olibet. in fund. caniano & carbonaria ut sup. mass. cesariana olibet. in fund. florano ut . olibet. in fundo Prisciano, & grassiano ut sup. olibet in fund. pascurano ut sup. olibet. in fundo variniano ut sup. olibet. in fund. cesariano ut sup. mass. pontiana olibet. in fund. pontiano ut sup. olibet. in fund. casaromana ut sup. olibet. in fund. tattiano ut ut sup. olibet. in fund. casaflorana ut sup. mass. stejana olibet. in fund. berrano ut sup. olibet. in fund. Caclano ut sup. olibet. in fund. Pontiano ut. olibet. in fund. aquiliano ut sup. olibet. in fund. stejano ut sup. olibet. in fund. cassis ut sup. mass. tertiana. olibet. in fund. cammeliano & fund. tortiliano ut sup. olibet. in fund. casacuculi ut sup. mass. neviana. olibet in fund. arcipiano. ut sup. olibet. in fund. corelliano ut sup. olibet. in fund. ursano ut sup. in patrimonio labicanens. mass. algisia. olibet. qui est ad tufu juxta anagnias in integro. olibet. qui est in silbula & modicas talias catagemmulum ag. milit. olibet. in aplineas in integro. olibet qui est in Claviano. olibet. quem tenet Franculus colonus in fund. ordianiano in integro.

135. Porro has prope tabul. Nicol. I. sarcophagus eminebat, ob marmorum varietatem, & structuræ elegantiam, nobiliora inter Basilicæ decora, dinumerandus.

136. Ante prædictas tabulas, & sepulcrum Nicol. I. in oppositis intercolumniis porticus, & ad sepulcrum Sancti Gregorii Magni, retrò quod antiquissimum venerabatur sacellum, quod Orientem respiciebat, in eoque

imagines Deiparæ, & Christi vultus, necnon Apostolorum Petri, & Pauli, & Beati Honorati Basilicæ Mansionarii visebantur, populo magnâ cum veneratione ad eas colendas accurren-
te.

137. Hęc porta Judicii denominabatur, quoniam (inquit Mallius loco supradictato) per eam tantum mortui, qui sepeliendi sunt in Ecclesia B. Petri, mittuntur à Domino judicandi. Ista janua Tabulâ XIX. literâ N. designatur, quæ etiam appellata fuit S. Andree.

138. 139. 140. Inter portam istam, & angulum porticus, multa Pontificum Romanorum sepulcra visebantur, inter quæ magis conspicua fuere illa, Joannis VIII. juxta januam; deinde Joannis XIV. eisque proxima, nec longè dissimilia alia Joannis II. & demum Joannis III.

141. Multi præterea Romani Pontifices spatium illud tumulis occupavere, quod medium jacet, ab angulo supradicto hujus porticus, usque ad portam Judicii. Nam juxta parietes Austrum prospectantes, & in vestibulo extra Secretarium sub pavimento jacere Bonifac. I. & II. Simplicius I. Gelasius I. & Symmachus. Immo per totam hanc porticum sub pavimento alii quamplures Pontifices tumulati fuere, quorum aliquot Alpharanus enumerat.

Extra hujus porticus extremitatem, quæ Meridiem respiciebat, magnum aderat sacellum, quod Secretarium appellabatur, nosque infra sub lit. dd. de eo latius acturi sumus.

142. 143. 144. 145. 146. Verum intra Secretarium, quod est post angulum hujus porticus, à dextris extra

parie-

parietes ad Meridiem Benedicti. I. Pont. Max. tumulum habuit. Hoc autem Secretarium postmodum in sacellum cecidit, quod appellabatur S. Mariæ de Febre, eò quòd Christifideles enixè se Virgini commédantes (cujus icon elegantissima ibidem, in abside majori ad Occasum locata fuit) à feбри quotidie liberabantur. Præter hanc aram Deiparæ facram, sex alię in hoc Secretario, totidem in sacellis minoribus aderant, quarum tres Austrum, totidemque Boream respiciebant. Porro in primum sacellum à dextris in Austrum, ponè illud majus B. Mariæ, translatum fuit altare S. Joannis Baptistæ. In secundo verò, antiquissimum stabat altare S. Sebastiani, à Christophoro de Jacobatis S. R. E. Cardinali, atque olim Basilicæ hujusce Canonico, restitutum, ac dote locupletatum. In tertio verò non inelegans quidem, sed sine nomine aliud erat, ante quod nonnulli egregii Viri, deque Apostolica Sede optimè meriti quiescebant. A sinistris autem hujus Secretarii ad Aquilonem juxta Sacellum majus, altera translata fuit imago Deiparæ, Sanctorumque Apostolorum Petri, & Pauli cum tota muri crassitie, quæ erat inter columnas porticus, ut num. 136. indicavimus.

147. Sacellum propè hoc, alterum ei simile sequebatur, sed ejus altaris locum occupavit janua, unde in Basilicæ porticum iter erat.

148. Denum in tertio sacello, super altare locata fuit, ad tempus tamen, insignis, atque admirandæ pulchritudinis statua B. Mariæ Virginis, filium è cruce depositum amplexantis, è Pario marmore, ab inclyto Sculptore Michaële Angelo Bonarota Florentino

elaborata, Joannis Cardinalis S. Dionisii Francorum Regis Oratoris impensâ. Neque verò omittendum reor, antiquitus in hoc Secretario, Summos Pontifices cum ad officia divina in Basilica celebranda accederent, vestes Pontificias assumere, & exinde in Basilicam ad altare majus, cunctorum ordinum comitatu, procedere consuevisse. Ante hujus Secretarii januam à facie Orientis erat vestibulum cum absidula, & altari. Ubi hæc absidula olim erat, janua aperta fuit contra Meridiem, quæ iter, atque descensum præbebat in Ecclesiam S. Salvatoris de Torrione, cum Cœmeterio, sepeliendis omnibus Ultramontanis, necnon Italis, immò quibusvis exteris, ac peregrinis Basilicæ, addicto à S. Leone IV. quod vulgò nunc Campus Sanctus indigitatur, successitque hoc Cœmeterium reliquis quinque antiquioribus, nempe Cœmeterio S. Justini ad Italorum, & Longobardorum, S. Mariæ in ad Anglorum, S. Michaëlis Archangeli ad Frisonum, S. Peregrini ad Latinorum, demum S. Marię ad Saxonum sepulturam. Ecclesiæ ac Cœmeterio prædictis, proxima erat magnæ amplitudinis domus, quam addito grandi cœnaculo, necnon aulis, & cubiculis multi Summi Pontifices, & præsertim Gregor. XIII. ampliorem effecerunt, ut inibi tredecim peregrini quotidie, ad id institutis ministris, ad mensam fusciperentur, omnesque, alii egeni, alimento reficerentur. Et hæc suffecta fuit domus antiquo Xenodochio à Divo Gregorio Magno, aliisque duobus à Stephano II. circa Basilicam excitatis.

Sed jam reliquæ quadriporticus partes nos vocant, quas à Symmacho

Papa marmoreis tabulis constratas, A exornatasque Musivis operibus, Constantinus Papa, sex Sanctarum Syndonum picturis, conspicuas reddidit. Primò autem de his partibus dicendum est, quæ Meridiem, & Aquilonem prospectant. Porrò hæc quot columnis, tot parastatis lateritiis elevabantur, cum totidem arcubus, sive fornicibus in intercolumniis, loco peristiliorum, tectum fulcientibus. Et sub his arcubus undique ad Basilicam per gradus ascēdebatur. Tempore autem procedente, dextera hujus quadriporticus pars, aulis cappellæ Juliæ, & Ædibus Altaristæ; sinistra verò ædificiis Palatii Apostolici, & Sacræ Rotæ Auditorum, atque Datarii cubiculis clausa fuit.

149. Verùm ab hisce partibus quadriporticus ad posteriorem, ulterioremque inspiciendam accedamus. Hęc ad Orientem sita erat, pluribusque parastatis cum fornicibus, porticibusque, & columnis, immò parietibus plurimis interfecabatur. Exigua quædam ejus pars, adhuc vivente Alpharano, supererat, cujus in medio, sex illæ jam supradictæ januæ laxabantur, tres Ortum, tresque Occasum spectantes, in quadam ex parastatis è diametro dictam porticum, ad Aquilonem in Austrum interfecantibus, ara antiquissima visebatur S. Mariæ in Turri appellata. Ante hanc Imperator electus, ad recipiendam à Summo Pontifice Imperii coronam appropinquans, ubi Basilicæ gradus ascendisset, osculatusque Pontificis pedes fuisset, & ab eodem osculo, & amplexu benignè exceptus, inter Canonicos adoptabatur, seque jure jurando Deo, & B. Petro Apostolo promittebat protectorem, defensoremque futurum, tum Pontificis, cum om-

nium S. R. E. jurium, atque bonorum. Inde Imperialibus insignibus superindutus Basilicam ingrediebatur. Latè hæc describitur cęremonia in libro Rituum Ecclesiasticorum, qui sub nomine Christophori Marcelli Archiepiscopi Corcyrensis circumfertur in Sectione IV. per totam. Hęc autem pars quadriporticus S. Mariæ in Turri vocabatur, vel propter unam ei proximam, vel, ut aliis placet, propter duas Turres Campanarias, inter quas media attollebatur.

150. Intra porticum verò à dextris in Austrum, è conspectu Turris Campanariæ, domus aderat Archipresbyterii, ac aulæ pro janitoribus, Sacerdotibus, Ministrisque Basilicæ. Deinde verò porticus pars, Archipresbyterii domo clausa fuit, cum vetustate penè labens à Riccardo Cardinali Constantiensi, ejusdem Basilicæ Archipresbytero restituta, & decori suo reddita, fuisset.

151. Huic autem Archipresbyterii domui, opposita tollebatur Turris Campanaria, cum mole, tum gravi, ac sonoro campanarum tinnitu celeberrima, de qua Bibliothecarius in Hadriani I. vita sic narrat: *Unde ex nimia fervoris dilectione pro honore B. Petri Apostolorum Principis, & ornatu ipsius Sancti Patriarchii construxit, atque edificavit ibidem noviter turrem, miræ pulchritudinis decoratam, coherentem porticu, quæ descendit ad balneum. Ubi, & deambulatorium, scilicet solarium suum, cancellis æreis, nimis pulcherrimè construi fecit. Sed & porticum ipsam, quæ vetustate diruta inerat, nimis utiliter renovavit, & picturis, atque marmoribus eandem turrem, & cuncta ædificia ab eo noviter constructa, deco-*

decoravit. Ciaconius in Clementis VI. A vita narrat Anno Dominicæ Incarnationis 1352. paulò ante ipsius Pontificis mortem dirum Cosmetem fulsisse, & quadriduum ante ejus obitum, quarto nonas Decembris, Turrim Cimbalariam S. Petri in Vaticano (sic erat appellata) fulmine cœlitus tactam, magnaque ex parte culmen ejus disiectum, & vi ignis campanas fuisse fusas. Hujusmodi turris exemplar demonstratur in Tab. XII. lit. A. de qua Turri etiam supra disseruimus.

152. Tradit Petrus Mallius n. 51. ante hujusmodi posterioris quadriperticus frontem, tres januas summæ vetustatis fuisse, quæ postea à Nicol. V. fuere restitutæ, ac in earum ex ære valvis civitatum nomina, quæ ab Imperatoribus, Regibus, aliisque Principibus Sanctæ, & Apostolicæ Sedi donata fuere argenteis literis insculpta, ac adnotata, quas se vidisse, & legisse sequentibus testatur verbis. *Quantam reverentiam, quantam dilectionem totus Orbis terrarum huic Sacrosanctæ Beati Petri Basilicæ exhibeat, quantumque Christianissimus Romanorum Imperator Carolus, eam ditaverit, & honoraverit, in vita beatæ recollectionis D. Hadriani I. Papæ manifestissimè indicatur. Nam donationem, Beato Petro, & ejus Successoribus per C. appellanum, & Notarium suum, Etherium religiosum, & prudentem, virum letus fecit. In qua concessit prænominato Pontifici Domino Hadriano, & Successoribus in perpetuum has urbes, & castella; idest à Lunis cum insula Corsica; deinde in Suriano, deinde in Monte Bardone, idest in Vereto; deinde in Parma, deinde in Regio, & exinde in Mantua, atque Montem Silicis,*

simul, & universum Exarchatum Ravennatum, sicut antiquitus erat. Atque Provincias Venetiam, & Histriam; Necnon & cunctum Ducatum Spoletanum, seu Beneventanum: factâque eadem donatione propriâ suâ manu eam ipse Imperator corroborans, universos Episcopos, Abbates, Duces, & Grafiones in ea ascribi fecit. Quam nimirum chartam donationis prius super altare B. Petri superius, & postmodum intus in Sancta ejus Confessione ponentes, tam ipse Franciscorum Rex, quam ejus Principes B. Petro, & ejus Vicario Sanctissimo Hadriano Papæ sub terribili sacramento sese omnia conservaturos, quæ in eadem charta donationis continentur, promittentes tradiderunt. Appaream quoque ipsius donationis per eundem Etherium ascribi faciens intus super corpus B. Petri sub istis Evangeliiis positis pro firmissima cautela, & æterna nominis sui, & Regum Francorum memoria propriis suis manibus posuit. Aliaque ejusdem donationis exempla per Scriniarium S. R. E. ascripta, ejus excellentia secum deportavit: & idè, ut putamus in memoriam tam magnificæ donationis nomina civitatum, quæ prænomatus Romanor. Imperator huic Sacrosanctæ Ecclesiæ contulit, in portis æneis, quæ super gradus B. Petri fuerunt, videlicet in introitu Ecclesiæ S. Mariæ inter Turres argenteis literis annotata fuerunt, sicut nos vidimus, & sæpè cum fratribus nostris legimus. Eadem januæ exterius, quatuor ornabantur columnis cum suis capitulis, è lectissimo marmore. Harum januarum, ac columnarum locus designatur in dicta Tab. XII. lit. K. Supra verò, ac interiùs in parietibus perantiquo Musivo opere expressæ erant imagines Salvatoris in thro-

throno sedentis, & hinc inde SS. Apostolorum Petri, & Pauli, necnon Angelorum, aliorumque Sanctorum cum hac inscriptione:

Tibi Christe sit laus, honor, & decor.

SECTIO XI.

De iis, quae olim erant in Ecclesia Sancti Andreae Apostoli, in vestibulo Templi Apollinis.

153. **T**OTUM illud spatium, quod medium jacet inter Ecclesiam S. Petronillae, parietesque Basilicae navim transversam, in Austrum claudentes, occupabat Ecclesia S. Andreae num. 153. cujus ornatui, & elegantiae Symmachus Papa maximè studuit. Sic enim in Pontificali libro, ac hujus Pontificis vita legitur: *Fecit Basilicam S. Andreae Apostoli apud B. Petrum Apostolum, ubi fecit Ciborium ex argento, & Confessionem pens. lib. centum, & viginti. Arcus argenteos tres pens. singulos libras sexaginta.*

Sub silentio prætereundum minimè esse censeo, locum istum ex præcitati Mallii lectione, dubium reddi; nam numer. 16. sic scribit: *Infra Palatium verò Neronis est Templum Apollinis, quod nunc vocatur S. Petronilla, in quo est reconditum corpus ejusdem Virginis, ante quod est Basilica S. Angeli, quae vocatur Vaticanum, mirifico mosaico laqueatum auro, & vitro. Ideò verò dicitur Vaticanum, quia Vates, idest Sacerdotes antiquitus, canebant ibi sua officia, ante Templum Apollinis: & ideò tota illa pars dextra Basilicae B. Petri, qua itur per Porticum Pontificum, & usque ad Portam Argenteam, vocabatur Vaticanum. Ibi quoque est aliud templum,*

A quod fuit Vestarium Neronis, quod modo vocatur S. Andreas: in cuius Altare Beatus Gregorius Papa, ut à nostris majoribus accepimus, recondidit brachium Sancti Andreae Apostoli, & B. Lucae Evangelistae, quae cum magna devotione detulit à Constantinopoli. Hæc Mallius, qui in hac sua narratione de tribus præcipuè locis mentionem facit, nempe de Templo Apollinis in Ecclesiam Sanctæ Petronillæ converso; secundo de Basilica S. Angeli, tertio de alio templo Vestario Neronis dicto (quod Vestarium legendum est) in Ecclesiam S. Andreae commutato. De Ecclesia S. Petronillæ, ubi nam fuerit, ambigendum minimè est, cum expressè illa indigetetur. Quæstio igitur est de Basilica S. Angeli, & Templo Sancti Andreae. Locus Basilicae S. Angeli ex eadem Mallii lectione etiam eruitur, nempe quod erat ante Templum S. Petronillæ. Dubium igitur remanet, ubinam S. Andreae templum fuerit, quod antiquitus Vestarium Neronis vocabatur. Hoc dubium nobis excitavit D. Petrus Paulus de Rubeis, ejusdem Basilicae Beneficiatus, & in ejusdem Basilicae historia valdè eruditus. At cum diligenti attentione præallegatum locum ab Alpharano, aliisque Scriptoribus descriptum considerare, situm observavi ante Apollinis templum, illummet fuisse, qui à Mallio describitur pro Vestario Neronis. Nam si attentè istius Auctoris vocem, ibique perpendamus cum dictis de Apollinis templo connectenda sunt; cum Vestarium locus sit, ubi asservantur vestes. In hoc igitur loco, quando Nero dirus ille Imperator in Circo aurigabat, ut Svetonius narrat, verisimiliter vestes, aliaque Imperialia de-

pone-

ponebat ornamenta, quando nempe pro Agitate apparebat in Circo. Non obstat, quod Mallius locum istum templum appellet, cum eadem utatur voce in ipso Apollinis ædificio, quod principale, & non pars est, ut istud Vestiarum. Quamobrem observo Mallium de vocum electione sollicitum minimè esse, ut in hac eademmet narratione animadverti valet; quoniam Neronis Circum, Palatium appellat, cum ex historiis, Neronem nullum aliud Palatium ædificasse comperiamus, præter illud, quod suâ pretiositate domus aureæ Neronis nomen promeruit; lapsus est enim Mallius in voce Basilicæ, quam ædificii parti attribuit, cum propriè Basilica Regium sit ædificium, & non illius pars, immò altare, ut mox dicemus. Insuper eundem locum templum nominat, cum sit templi vestibulum. Non obstat, quod eidem loco duo fuerint attributa nomina, quia in eodem tria aderant altaria; unde à Sanctorum nominibus; in quorum honorem ipsa altaria dedicata erant, locus ipse nomen desumpsit. Si enim observabatur altare, quod in vestibuli medio situm erat, ac Sancto Andrea dicatum, templum D. Andreae denominabatur; si verò quis animo se convertebat ad altare S. Angeli eodem in loco situm, Ecclesiam S. Angeli locum illum appellabat; ut observamus hodie in Ecclesia S. Mariæ in Cosmedin, quæ dicitur etiam Schola Græca, quæque etiam alio vocabulo *Bocca della Verità* nominatur, à marmoreo simulacro inibi extante. Item in Ecclesia S. Mariæ, & Gregorii in Vallicella, quæ ab aliquibus Ecclesia nova, ab aliis verò S. Philippus dicitur. Pariter in Ecclesia S. Mariæ novæ,

quæ itidem à quibusdam S. Francisca, sive S. Francisca Romana vocitatur, nomina enim sunt ad placitum. Quando igitur ædificia nota sunt, sub quocumque illa nominentur vocabulo, semper pro eisdem innotescunt. Ex hæcenus dictis concludi posse videtur, cum omnes Scriptores de Basilica Vaticana tractantes, locum istum pro Ecclesia S. Andreae designent, non obstare, quod Mallius illam Basilicam Sancti Angeli denominet, quia partem pro toto accepit. At unde digressa fuit oratio revertatur.

154, 155. Dexteram hujus vestibuli in angulo ad Occidentem tenebat sacellum, seu potius præmemoratum S. Angeli altare; sinistram verò aliud S. Ursulæ, & sociis dedicatum. Totus autem hujus vestibuli, sive Ecclesiæ tractus oblongus erat, habebatque in longitudine palmos 78. juxta transversæ navis Basilicæ latitudinem.

Hac in Ecclesia S. Andreae celebrata fuit Synodus sub Bonif. III. ann. 531. in qua dicitur, habita fuisse in Consistorio B. Andreae Apostoli; ubi notat Holstenius in sua Collectione Romana, à Pontificibus, & Episcopis Romæ Concilia celebrantibus, olim quæsitam fuisse viciniam Sacrarum Reliquiarum S. Petri Apostoli, ut coram eo quodammodo habita dici possent; idque deducitur ex Epist. XVI. S. Leonis Magni ad Universos Episcopos per Siciliam constitutos cap. 7. *Pari modo.* Alia Synodus à Symmacho Papa celebrata, fuit habita in Consistorio Lateranensi, ex quibus Synodis Cardinalium Congregationes, in quibus Episcoporum electiones fiunt, Consistorii nomen desumpsisse pro certo habeo.

SECTIO XII.

*De iis, quæ exstabant in Ecclesia Sanctæ
Petronille Virginis, in Templo
Apollinis.*

TEMPLUM hoc à S. Paulo I. Pont. egregiè ornatum, dedicatumque S. Petronillæ Virgini fuit, exterius orbicularis, interiùs verò octangularis erat formæ, tegebaturque testudine, sive tholo rotundo; longitudo ejus, ac latitudo inter se pares, palmos 75. adæquabant, altitudo verò palmos 55. Intra parietum crassitudinem, juxta numerum angulorum, octo sacella viscebantur, æqualia inter se longitudine, & latitudine palm. 20. singulaque diversis altaribus ornabantur, quæ ferè omnia in ejus templi, Basilicæque demolitione perierunt, quædam tamen eorum, ut ex libro Mallii, & Basilicæ Martyrologio colligitur, hæc fuere.

156. 157. Primò à dextris istius primi sacelli, per quod ad dictum templum iter erat, aliud sacellum erigebatur contra Occidentem, & Aquilonem, in quo erat conspicuum altare S. Salvatoris, vulgò *De Abundantia* appellatum, quod ab Urfinorum domo erectum, atque dotatum, cum lapsu temporis inolefceret, Neapolio de Urfinis Comes Manupelli restitui, in

Testamento mandavit, ibique cum suis majoribus, & Thoma de Urfinis Comite de Manupello S. R. E. Diacono Cardinali S. Mariæ in Dominica, sepultus fuit.

158. Ponè hoc sacellum in alio angulo sequebatur alterum cum ara Sanctæ Mariæ Virginis sub titulo Annunciationis, quod Maria de Comitibus

A jam labens restituit, dotavitque. Hujus à tergo, cum fundamenta novæ Basilicæ ponerentur, ingens fovea inibi inventa, innumeris defunctorum ossibus, è sepulchris templi S. Petronillæ effosis, oppleta fuit.

159. Non longè à prædicto aliud sacellum fuit Meridiem, & Occidentem respiciens, habuitque altare non inelegans, quod præ senio nomen amiserat.

B 160. Sequebatur exinde longè antiquius, atque elegantius sacellum in Austrum S. Petronillæ, filiæ B. Petri sacrum, quod cum altari, ut jam diximus splendidissimè ornavit Sanctiss. Pontifex Paulus I. & sub eodem prædictæ Virginis corpus, viâ Ardeatinâ, maximâ cum pompâ translatum, in labro è marmore nobilissimo collocavit, cum hac inscriptione.

Aureæ Petronillæ dulcissimæ filiæ.

Intra sacellum plura, nobilissimaque fuere sepulcra, inter quæ illud Agnetis Imperatricis Henrici II. uxoris, & aliud hoc longè pretiosius Mariæ Honorii Imperatoris conjugis. Proximè etiam tumulata fuit Thermania Augusta ejus soror, & ipsa etiam post mortem sororis, uxor prædicti Honorii. Hoc Mariæ Imperatricis sepulcrum Anno 1544. die 4. Februarii, sub Paulo III. Summo Pont. cum fundamenta jacerentur novæ Basilicæ, inventum fuit auro, argento, gemmisque maximi pretii refertum, quæ singula recenset Lucius Faunus in sua Antiquit. Romæ. cap. X. Sacellum hoc Ludov. XI. Francorum Rex amplissima dote locupletavit; duos ibidem instituendo Cappellanos, qui ter in hebdomada, pro anima dicti Regis, Missas celebrare tenerentur.

161. Ab hoc facello aliud petebatur, cum ara, cuius nomen, & Auctor prorsus latent.

162. 163. Hoc excipiebat alterum in Orientem simile superioribus, unde aditus in templum Matris Deum, postmodum S. Mariæ de Febribus nuncupatum. Hoc aditu mediante dicta duo templa connectebantur, ejusque à sinistris inter Ortum, & Boream intra Ecclesiam S. Petronillæ, absidula cum altari conspiciebatur, cujus nomen ignotum est. Ast tota Ecclesia B. Petronillæ solo æquata, in nova Basilica inclusa fuit, fornicibusque pavimentum ejusdem Basilicæ sustentibus concamerata, & Christifidelium sepulcris addicta. Ubi verò prædictum erigebatur sacellum, sepulcrum repertum fuit, in quo penè innumera Fidelium cadavera, è Basilicæ antiquæ oculis, & ex Ecclesiis adjacentibus eruta, condita fuere.

164. 165. In medio autem prædicti aditus, sive transitus in Orientem, ara S. Joannis Chrysostomi visebatur, quatuor columnis porphyreticis fulta, nobilique marmoreo tegmine cooperata. Sub hac ejusdem S. Joannis Constantinopoli translatum corpus maximâ populi, & præcipuè scæminarum frequentiam colebatur. Augebatque ejus venerationem lapis quidam Ægyptiacus, supra quem plurimorum SS. Martyrum corpora cruciata fuere, de quo etiam diximus supra sub n. 91. Porrò lapis ipse exinde in Basilicam translatus fuit, & prope portam Guidoneam locatus; corpus verò S. Joannis Chrysostomi intra templum Sanctæ Mariæ de Febribus. Hinc inde etiam huic aditui, erant aule Sanctimonialium, vulgò *le Murate di S. Pietro*,

quæ inde propè Oratorium S. Gregorii, & Secretarium, ultimò ad nobiliora Urbis cœnobia translata fuere.

SECTIO XIII.

De iis, quæ in Templo S. Mariæ de Febribus olim extabant.

Hoc S. Mariæ de Febribus templum; simile omnino alteri S. Petronillæ supra descripto erat; ejus forma octangularis, ac rotunda, latitudo, ac longitudo per diametrum palmor. 75. habebatque in parietum crassitie octo facella, singula singulis in angulis. Adhuc integrum in Basilicæ Sacrarium conversum cernitur. Duo hæc maximæ vetustatis templaconiunctim extracta, atque per eum caditum, sive transitum, quem descriptissimus, connexa, à quo excitata fuerint ignoratur. Verisimile tamen est Ethnicorum opus fuisse, qui in medio Circi erigebant templa, cum hæc in medio Circi Caii Neronis extracta essent, & Majorum traditione acceptum sit unum ex his, illud videlicet S. Petronillæ, Apollinis, sive Solis templum fuisse; alterum verò, nempe S. Mariæ de Febribus templum Matris Deum, de quo differuimus supra in principio, & num. 162. Modò hujus templi descriptionem aggrediamur.

166. 167. A dextris igitur sacelli, per quod in templum aditus erat, sequebatur aliud cum altari, inter Occasum, & Austrum situm, sed cui Sacrum esset olim quoque ignorabatur.

168. Juxta hoc aliud pariter in Austrum SS. Lamberto, & Servatio Episcopis erat dedicatum, ac à Georgio de Cæsarinis Basilicæ Vaticanæ Cano-

nico, & Apostolicæ Sedis Protonotario amplissimâ dote locupletatum. Hoc autem Canonorum sacellum, appellabatur, eò quòd inibi corpora Canonorum sepulcro mandari consuetum esset. Item hoc in sacello repositum fuit, ut supra diximus, corpus S. Joannis Chrysoctomi, cui etiam altare, à Julio Antonio Sanctorio S.R.E. Cardinali tituli S. Bartholomæi in Insula, tunc S. Severinæ Archiepiscopo, dicatum fuit.

169. A prædicto sacello in alterum B iter erat inter Meridiem, & Ortum positum, in cujus parietibus super altare depicta Salvatoris imago conspiciebatur, cæterum cui Sacrum, vel à quo erectum, sive dotatum esset, oblivioni datum est. Præcipuum ejus decus fuere B. Petri Cathedra, cui insidebat, cum Pontificalia munia exerceret, de cujus identitate eruditam texuit Dissertationem bo.me. Franciscus Maria Phæbeus Archiepiscopus Tarsensis. Culcitra etiam Martyrum, quâ eorumdem corpora cooperiebantur, cum in Basilicam sepelienda deferrentur, eodem in sacello asservabatur.

170. Multò nobilius erat hoc, quod post prædictum sacellum adibat in Ortum vergens, SS. Andreae, & Jacobo Majori Apostolis dicatum, exornatumq; magnificentissimè à Calisto III. Summ. Pont. altari marmoreo, cum eorumdem Apostolorum simulacris è marmore candidissimo, inibi extructo; necnon eximie structuræ sepulcro, in quo tamen haud sepultus fuit, sed in tumulo quodam instar aulæ concamerato, in penetralibus hujus sacelli. In prædicto autem tumulo posita quoque fuere corpora Alexandri VI. Pontificis, & Henrici

A Borgiae, Gandiæ Ducis filii S. R. E. Diaconi Cardinalis, è priori, in quo jacuerant loco, translata. Quin etiam, juxta præfatum Calixtum III. sepulti fuerunt, præter quamplurimos Protonotarios Apostolicos, Pontificum familiares, & cujuscumque ordinis S. Apostolicæ Sedis Ministros, tres Cardinales Hispani, videlicet, Franciscus Lloris Valentinus, S. Mariæ Novæ Diac. Cardinalis, Joannes Borgia Presbyter Cardin. tit. S. Susannæ, & Joannes Lopez Presbyter Cardinalis, tituli S. Mariæ Trans-Tyberim.

171. Ab hujus sacelli tergo magnus ille obeliscus jacebat, qui antequam à Constantino Cesare Cæii Neronis demoliretur Circus, in ejus medio olim steterat, cujus in summitate pomum ex ære deauratum erat, in quo Julii Cæsaris cineres fuisse conditas fama deprædicabat. Hunc fel. recordat. Xystus V. Pont. Max. in medio areæ maximæ, ante hanc Basilicam, summa cum impensa, tum populorum admiratione, supra augustam basim erigi imperavit, & vulgò appellatur *la Guglia di S. Pietro*. De hoc, aliisque obeliscis Romam advectis integrum, ac valdè eruditum edidit tractatum, Italico idiomate, Michaël Mercatus, qui ejusdem Xysti V. ævo floruit. Cogor hic tanquam veritatis amans palinodiam canere; nam in capite III. mei operis Veter. Monim. part. 1. dixi supramemoratum Michaëlem, de Leonibus, quos antiquitus sub isto fuisse obelisco fama deprædicabat, ne minimam quidem fecisse mentionem; cum re verà in cap. 39. illorum meminerit, dicatque tunc vulgi fuisse opinionem, dictum obeliscum quatuor sustentasse Leones. Deinde erutâ terrâ, quæ obe-

obelisci basem occultabat, non Leo-
nes, sed illorum loco astraguli fuere
reperiti.

172. Juxta hoc facellum Calisti III.
videre erat alterum B. Mariæ de Febri-
bus nuncupatum, quod præcipuum
fuit, & toti templo nomen imposuit.
In ejus altaris pariete antiquissima,
ac summæ venerationis inerat imago,
B. Mariæ Virginis filium amplexantis;
& hinc inde, paulò inferiùs, Pontificû,
Cardinalium, Regum, aliorumque
tam Ecclesiastici, quàm Laicalis ordi-
nis nobilium Virorum, atque mulie-
rum, Dei Genitrici se commendan-
tium imagines. Hæc autem pictura
Basilicæ Secretario disiecto, & hoc tem-
plo in Sacrarium cedente, cum toto
pariete avulsa, juxta Oratorium S. Gre-
gorii, translata fuit. Ex qua transla-
tione accidit, ut facellum, & Tem-
plum S. Mariæ de Febribus, Sacrarium
Basilicæ appellaretur.

173. Huic proximum aliud olim
extabat ad Aquilonem, quod tamen,
cui dedicatum esset, omninò latebat.
In eo autem plura, egregiaque Viro-
rum illustrium sepulcra conspicieban-
tur, quibus deinde in hujus templi
demolitione disiectis, cadaverum ibi
jacentium ossa, in polyandrium sub
altare majus novæ Basilicæ, fuerunt
translata.

174. Denique contra Aquilonem,
& Occidentem, postremum Beneficia-
torum, & Clericorum Basilicæ, erat
facellum, Sanctissimæ Trinitatis indi-
gitatum, Sanctisq; Martyribus Cosmæ,
& Damiano sacrum, ac splendide ab
Ansuino Beneficiatorum Priore dota-
tum. Hujus in medio sub pavimento
eorumdem Beneficiatorum, & Cleri-
corum fuerunt sepulcra; supra verò

juxta parietes, tumuli lateritii Ale-
xandri VI. Papæ, & Henrici de Borgia
Cardinalis, in quibus eorum corpora
jacuere, antequam in facellum Cali-
sti III. deferrentur, ut supra jam dictum
est. Hæc de hoc templo, necnon de
totius Veteris Basilicæ, templorum-
que adjacentium mole, & ornatu indi-
cata satis superque existimari posse ar-
bitramur, à nobis præcipuè; qui levi
calamo hæc describenda suscepimus,
cum plurimi egregii Scriptores non
desint, qui luculentissimos, felicissi-
mosque de Basilica S. Petri ceterarum
totius Christiani Orbis Ecclesiarum
splendore, & augustâ magnificentiam
tractatus ediderint.

SECTIO XIV.

*De exterioribus partibus ad Basilicam
Vaticanam spectantibus.*

HÆSIMUS hætenus in descriptione
interiorum partium hujus Basi-
licæ, modò extra eandem vagemur, &
ad circumjacentes ædes, quæ non ob
structuram tantummodò, verum etiam
ob antiquorum Christifidelium pieta-
tem, ac religionis fervorem, non in-
paucis commendabiles sunt, oculos
convertamus. Ut verò rem altiùs or-
diar, pauca præmittenda mihi videntur
de Monachorum ordinibus, atque in-
stituto in Urbem introducto, circa an-
num Christi 340. quod sic evenit. Cû
Anastasius Alexandrinorum Episco-
pus ab Arrianis suâ sede fuisset pulsus,
Romam venit, atque hîc Monacho-
rum Ægyptiorum institutionem, &
admirabilem vitam Magni Antonii
adhuc viventis à se descriptam, pro-
mulgavit. Quare simul, & admira-
tionem,

tionem, & ad consecrandæ vitæ monasticæ studium plurimas ex Romanis fœminis, nobilissimasque incitavit, ut S. Hieronymus testatur Epistolâ 16. ad Prîncipiâ Virginem. Hinc autem non irrationabili conjecturâ argui posse crederem, Monasteria circa Apostolorum sepulcrum fuisse constructa, utpote, quæ non parum suâ solitudine, hujusmodi instituto conformarentur, dum Vaticana Basilica extra Urbem tunc temporis posita erat. Nostra hæc coniectura, ex ipsismet Monasteriis circa hanc Basilicam excitatis, describendisque, clariùs apparebit. Hæc autem quinque fuisse constat ex duabus concessionibus, unâ Joannis XIX. qui floruit anno 1014. & alterâ Benedicti IX. qui vixit anno 1034. in favorem Petri Episcopi Sylvæ Candidæ factis, ut apud Ughell. videre est Tom. I. paginâ 108. Ibi enim hæc Monasteria numerantur, videlicet S. Stephani Majoris, & Minoris, SS. Joannis, & Pauli, & B. Martini, atque S. Theclæ. At præter hæc aliud apud Bibliothecarium in Vita Leonis III. reperio, nempe Monasterium in Hierusalem, de quo infra dicemus ad lit. aa. Verùm præterito seculo trium tantummodò supererant parietinæ, de quibus infra.

a. Per eam igitur antiquissimam januam, versùs Occasum, quâ supra jam indicavimus sub n. 13. Tab. VII. facilis erat aditus ad proximum Monasteriû S. Martini, cujus etiam situs ostenditur in dicta Tabula sub lit. a. De hoc Monasterio mentio fit in dicta vita Leonis III. hisce verbis. *Pari modo & Monasterium S. Martini Confessoris, atque Pontificis, situm ubi supra,* (videlicet prope Ecclesiam B. Petri Apostoli) *quod nimia fuerat vetustate quassa-*

tum, penè omne à fundamentis restauravit. Hic autem perpendendum Leonem creatum fuisse Pontificem Anno 795. ac proindè cum ab anno 340. (quo tempore, ut diximus Romæ Monasteria construi cœpère) usque ad præfatum Leonem anni 455. effluxissent eo temporis spatio fabricas corruisse, adeòt jure Bibliothecarius hoc Monasterium nimia vetustate quassatum, tradiderit. De hoc etiam Monasterio B. Scriptor vitæ Leonis IV. in eodem Libro Pontificali sic ait: *Hic primùm (nempè Leo) à Parentibus ob studia, literarum in Monasterium B. Martini Confessoris Christi, quod foris muros hujus Civitatis Romæ, juxta Ecclesiam B. Petri Apostoli situm est, quousque sacras literas plenitùs disceret spontè concessit. Ubi non solum literas didicit, verùm etiam in studio Sanctæ conversationis, non quasi puer, sicut tunc erat, sed velut perfectus Monachus māsit. Cujus etiam piæ cōversationis exemplo alii sub eodem Monachico degentes ritu, Omnipotenti Domino plus devotè serviebant.* Ex quo Monachos huic Basilicæ in Divinis inseruisse deducitur, ut naravimus supra num. 39. & Monasteria literarum fuisse seminaria, è quibus diversi Romani Pontifices prodire, qui Ecclesiæ Romanæ alumni appellabantur, ac nutriti in aula Romana. In hac quoque vita hæc habentur: *Idem, egregius Pontifex in Monasterio S. Martini, quod B. Petri Apostoli Basilicæ cohæret, ad laudem, & gloriam ipsius B. Martini oraculi pulchritudinis vestem perfecit, habentem historiam supra-memorati Sancti jacentis in lecto, cum effigie Salvatoris Domini nostri Jesu Christi: Idem inferiùs repetitur, scilicet: In Monasterio S. Martini, quod ipsius*

Apostolorum Principis Ecclesie coheret, A fecit lucernam ex argento fusilem, ac bimixtam pens. lib. viginti septem, & dimidiam. Demum ibidem scribitur: *Monasterium S. Martini, quod longo senio erat casurum miris domorum, edificiis restauravit, & ad honorem meliorem, quam prius fuerat, funditus decoravit.* Alia de hoc Monasterio leges in vita Benedicti III. qui præfato Leoni successit.

b. Huic autem proximum aliud ex- titit Monasterium, sed longè majoris operis, atque molis, ut ex superstiti- bus parietinis argui valet; locum, & Ichnographiam vide in eadem Tabu- la VII. lit. b. Dicebatur hoc Monaste- rium S. Stephani Majoris ad differen- tiam alterius Minoris, de quo infra lit. f. ac in vita Leonis III. narratur, ibi: *Præsertim igitur & Monasterium S. Christi primi Martyris Stephani, quod appellatur Cata Galla Patritia, quod præ nimia vetustate jam emarcuerat, atque ex parte corruerat, idem præfagus Pontifex (scilicet Leo) certamen ponens à fundamentis simul cum Oratorio fir- mum jacens fundamentum, in melio- rem erexit statum.* Gallam istam præ- claram eam sceminam fuisse puto, Theodosii Junioris filiam, ac Constan- tii Cæsaris uxorem, necnon Valenti- niani III. Matrem, non tam nobilitate, quàm religione insignem, cum sacra D plurima ædificia Leonis I. Sanctissimi Pontificis hortatu construxerit, atque ornaverit; de qua nobilissima scemina diximus etiam in nostro opere de Vet. Monim. part. I. cap. 23. & 24. Sexcen- tis circiter annis Monachi in eodem Monasterio permanserunt, donec illud Leo IX. Capitulo præfatæ Basilicæ uni- vit. Ejus autem quædam adhuc vesti-

gia supersunt, in exiguam tamen Ec- clesiam conversa, quæ Abissinorum, seu Æthiopum nationi, ab Eugen. IV. concessa creditur. Plura de hoc celebri Monasterio referre valerem; sed bre- vitati studendo abstineo, Lectoremque ad sæpeditatum Turrigium pag. 327. & 480. remitto.

c. Litera Ecclesiam Sancti Andreae à Symmacho Papa constructam de- signat, de qua etiam egimus supra, sub numer. 153. Ejus longitudo pal- mos 78. æquabat. Tria in eadem, erant altaria, primum ad sinistram in- gressus, cujus ob vetustatem denomi- natio ignota erat. Secundum ad dex- teram D. Michaëli Archangelo dedi- catum, ac S. Angeli Vaticani nomine insignitum, Musivoque opere erat or- natum. Tertium verò altare in medio Ecclesie, in honorem S. Andreae Apo- stoli, erectum fuerat. Alia de iisdem altaribus diximus sub num. 153. 154. & 155. in Pontificali libro, ac vita Joannis VI. legimus, Pontificem hunc hac in eadem Ecclesia ambonem no- viter fecisse.

d. Templum S. Petronillæ dica- tum, extra formæ orbicularis, intus verò formæ octangularis ab Honor. I. Summ. Pont. extructum, ut in Ponti- ficali, ac ejusd. Pontificis vita. De hoc templo disseruimus sub n. 153. & seqq.

e. Templum S. Mariæ de Febribus de quo itidem sub num. 162.

f. Monasterium S. Stephani Mino- ris. Duo Monasteria ad ejusdem Sancti honorem fundata fuisse reperio, ut nu- per lit. b. retuli; unum sub denomina- tione Cata Galla, alterum Cata Bar- bara, quamobrem ea ex nominis affi- nitate confunduntur, ac unum, & idem esse existimantur; contrarium tamen arbi.

arbitror, nempe primum tamquam majus, & magnificentius à Galla Placidia; secundum verò à Barbara Patriitia fuisse constructa; nam Græca vox *κτὰ* plures habet significationes: hinc autem nil importare putaverim præter particulam *in*, adè ut genuinus sit sensus, in Galla Placidia, & Barbarâ Patriitiâ; ex eo quia Monasterium in prædio, vel in ipsius Gallæ Placidie bonis constructum fuerit, ut dicimus de hac Basilica, quæ cum in Campo Vaticano excitata sit, Basilica S. Petri in Vaticano appellatur.

g. Canonicorum habitatio, vulgò *Canonica* à Nicolao III. qui sedit anno 1277. ampliata.

h. Auctor est Alpharanus; hinc olim duas extitisse Ecclesias, quarum nomen ignotum erat, atque ipsæ, in novæ Basilicæ constructione, fuere demolitæ. Putat tamen earum alterâ, versùs Occasum, fuisse Monasterium, appellatam, que Ecclesiam SS. Joannis, & Pauli; alteram verò, contra Orientem, SS. Sergii, & Bacchi, ut ex librorum lectione, ac monumentis magnarum domorum inibi repertis, facillimè conici poterat. Monasterium hoc SS. Joannis, & Pauli à S. Leone I. in ejus vita constructum reperio, & fortasse unum ex illis fuit, quod Galla Placidia, ut supra narravimus, excitavit.

i. Prædicta verò Diaconia SS. Sergii, & Bacchi antiquitus Oratorium tantum erat, quod Gregorius III. anno 732. in ampliorem redegit formam, eidem omnia concedens, quæ in Diaconie ufum necessaria esse videbantur. Quænam verò ista concessio fuerit ex Hadriani I. vita deducitur, ubi sic: *Idem egregius Præsul* (nempe Hadrianus) *Basilicam B. Hadriani*

A Martyris, & SS. Cosme, & Damiani à novo restauravit, Diaconias constituit, in quibus, & multa bona fecit per suam sempiternam memoriam, concedens agros, vineas, oliveta, servos, ancillas, & peculia diversa, atque res mobiles, ut de reditu eorum crebris exactionibus Diaconie proficientes, pauperes Christi reficerentur.

Tres huic similes Diaconias, idem Pontifex propè Basilicam Vaticanam crexit, ut in ejusdem vita ibi: *Hic coangelicus Vir divinâ inspiratione ignitus constituit Diaconias tres, foris portam Beatorum Apostolorum Principis, idest unam quidem Sanctæ, & gloriose semper Virginis Dei Genitricis Mariæ Domine nostræ, quæ sita est in atrio; aliam verò superscriptæ, & intemeratæ Domine nostræ, quæ sita est foris portam B. Petri Apostoli in capite porticus. Necnon & aliam Diaconiam, quæ appellatur Sylvestri juxta hospitale S. Gregorii. Quas superscriptas Diaconias hic almicus vir in abditis, sine misericordie fructu reperiens noviter restauravit, ubi & dona plurima mobilia, atque immobilia pro remedio anime sue obtulit, & constituit, ut per unamquamque hebdomadam, quintæ feriæ, die cum psallentio à Diaconia usque ad balneum pergerent, & ibidem dispensatione per ordinem pauperibus consolari, atque elemosynam fieri. Verùm de tribus his posterioribus Diaconiis nullam apud scriptores de Vaticana Basilica mentionem reperii.*

k. A tergo veteris absidis à Cl. Viro Probo, Prætorii Præfecto, qui vixit sub finem IV. seculi, templum magnificentum constructum fuit, quod in Tabula Ichnographica lit. K. designat. De hoc Probo, Probaque ejus uxore scemi-

fœminâ non solum genere, verum etiam sanctitate illustri, plura scripsere elogia SS. Joannes Chrysostomus, Augustinus, & Hieronymus, ac recens Aringhus in sua Roma subterranea, To. 1. lib. 2. cap. 10. ubi marmoreum sarcophagum miris cœlaturis elaboratum, ac tres icones, diversos ejusdem sarcophagi aspectus repræsentantes, refert, in quo ipsum Probum cum uxore tumulatum fuisse narrat citatus Aringhus, ad quem curiosum Lectorem remitto. Sarcophagus iste in sacello ad lævam ingressus Basilicæ extabat, ac pro Sacro inserviebat fonte; hic verò, præfenti anno 1692. quo hæc scribimus, ab eodem loco amotus, & in quadam camera prope Crucifixi sacellum, repositus.

l. Cœmeterium Vaticanum, sive Fontis S. Petri designat.

m. Bibliothecæ Pontificiæ locum cum pluteis demonstrat, quam plurimis antiquissimis Codicibus refertæ, qui in novam Bibliothecam Vaticanam, deinde translati fuere.

n. Sacrarium antiquum pro supellectili asservanda, supra quod erant magnæ aulæ, & cubicula pro Basilicæ ministris, ejusdemque Sacrarii custodibus.

o. Magnum, & perantiquum Oratorium, quod tamen cui Sanctorum olim dicatum esset ignorabatur, quod postmodum b. m. Antonius Cardinalis Illerdensis primævo nitori restituit.

p. Aliud non imparis molis Oratorium extra Basilicæ latera protensum, quod cum altari à b. m. Baptista Zeno Veneto S. Mariæ in Porticu Cardinali extructum fuit.

q. Sacellum à Xysto IV. extructum, atque ornatum, necnon locupletissimâ dote auctum, ibique sedilia lignea tri-

aplicis ordinis, juxta tres Clericorum ordines, in magnificentissima Basilica divinas persolventes laudes, stabilivit. Binos quoque Beneficiatos, ac totidem Clericos Xystinos nuncupandos adjunxit, multa quoque sacra lipsana in altari reposuit, plurimasque indulgentias aram D. Antonii visitantibus impertivit. De hoc eodem sacello diximus supra sub num. 66.

r. S. Thomæ Apostoli Oratorium, à Symmacho Summo Pontifice, qui sedit in fine V. seculi extructum.

f. Aliud adeò venerandæ antiquitatis Oratorium erat, ut & à quo ædificatum, & cui nam Sancto dicatum esset penitus lateret. In hoc inde translata, clausæque vixerunt Sanctimonialia, vulgò *le Murate di S. Pietro*; quæ ut num. 166. indicavimus inter templa S. Mariæ de Febribus, ac Sanctæ Petronillæ juxta sacellum S. Joannis Chrysostomi quibusdam in aulis antiquitus clausæ degebant. Postmodum verò jubente B. Pio V. in alia Urbis Monasteria commigrarunt.

t. u. Duo annexa Monasteria, nempe S. Sossii, & S. Apollinaris, quæ à supradicto Symmacho Pontifice extructa fuisse Panvinius, & Alpharanus arbitrantur, cum eorundem Monasteriorum in hujus Pontificis vita mentio habeatur.

x. Post hæc Oratoria antiquissimū sequebatur ædificium, S. Ambrosii Ecclesia denominatum, cum eidem Sancto Episcopo, Ecclesiæque Doctore dicatum esset. Hujus in Ecclesiæ demolitione, ac in egestione terræ, pro novis fundamentis Cappellæ Gregorianæ jaciendis, multa Christianorum corpora reperta fuere, quæ ante pectus aureas pendentes capsulas habebant,

in quibus una ex parte literis Græcis *Α* *λ* *ι* *ς* *ι* *ν* *κ* *ι* *ρ* *κ* *ι* *τ* *υ* *ο* *ρ* *ν* *α* *τ* *α* *μ* *κ* *υ* *μ* *λ* *ι* *σ* *τ* *α* *δ* *ε* *χ* *ρ* *υ* *σ* *ο* *κ* *λ* *α* *ρ* *ο* *κ* *υ* *μ* *ν* *ε* *λ* *ι* *ς*, & *ι* *μ* *ι* *ζ* *ι* *ν* *ο* *δ* *υ* *ο* *β* *υ* *ς*, & *δ* *ε* *φ* *υ* *ν* *δ* *α* *τ* *ο* *τ* *ρ* *ι* *β* *υ* *ς*. Monasterium hoc Grimaldus, à Martinello citatus, asserit sub Alexandro III. Ecclesiam S. Vincentii appellatam fuisse; ac anno 1561. novi templi causâ excisam, ac ad cellæ vinariæ usum jam dudum redactam, oblitteratis vetustate picturis; ornatas naves fornicatas licet angustas, ostium ad Ortum Solis habuisse, ex quibus decem, & octo columnæ integræ marmoris Glareati 20. ferè palmorum fuerunt repertæ. Postmodum verò Collegium evasit, ac in ea Canonici cum Archipresbytero (nō tamen Cardinali) commorabantur. Deinde Nicolaus V. hanc suppressit Collegiatam, illiusque fructus Capitulo, & Canonicis Vaticanæ Basilicæ univit. Plura de hac Ecclesia scribit Severanus de septem Urbis Ecclesiis, ad quem Lectorem remitto.



Ex altera autem columbarum effigies, quæ cum pacis symbolum sint, per hæc hieroglyphica denotabant defunctorum animas, in pace ad Dominum evolasse, ut ex Aringho lib. 3. cap. 2. colligi valet. His in capsulis Evangelium S. Joannis in charta descriptum nonnulli inclusum fuisse autumant, atque inde tum tempore, tum loci squallore ac feditate in pulverem versum, quem antiquorum Christianorum ritum deferendi è collo pendulum Evangelium descripsimus in nostro opere de Veter. Monument. part. 1. cap. 16.

y. z. Duo perantiqua Oratoria, quorum ob nimiam vetustatem memoria perierat.

aa. Sequebatur hinc vetus Ecclesia, in tres naves divisa, ut olim mos fuit, ac argui potest ex illis, quas in nostro præfato opere de Veter. Monument. allegavimus, pretiosisque novem columnis hinc inde suffulta, ac S. Vincentio Martyri dedicata. Hæc olim Monasterium in Hierusalem vocabatur, de quo sermo est in vita Leonis III. ubi sic: *Fecit autem, & in Monasterio Hierusalem, quod ponitur ad Beatum Petrum Apostolum canistrum ex argento pensans libras duas.* Itidem in Leone IV. legitur similiter. *Et qui in venerabili Monasterio Hierusalem, quod juxta Ecclesiam B. Petri Apostoli ponitur fecit vestem de fundato cum orbicu-*

bb. Gradus per quos ad Palatium Pontificium ascendebatur:

cc. Oratorium S. Gregorii de Palatio appellatum, in quo corpus ejusdem Sancti à Greg. IV. translatum fuit.

dd. Secretarium ubi olim Romani Pontifices, dum è Laterano ad Ecclesiam S. Petri accedebant, vestes Pontificias ad divina peragenda assumebant.

ee. Vestibulum Secretarii, ubi plures Pontifices sepulti jacuere. Non procul ab hoc loco die 29. Septembris præteriti anni 1689. occasione quâ ibi morabatur currus Eminentissimi de Lauræa, Mulæ terram percutiendo, foveam aperuerunt, in qua marmoreus erat sarcophagus, qui effossus infra scriptam inscriptionem ostendit, videlicet:

*Felix. Sanctæ. fidei. vocitus iit
in pace. Cujus tantus amor. & caritas.
retenetur. ab amicis
in aueuo. Qui cum es. set. fuit
Solacius. & misericors. omnibu
snotus. Agrippina. fecit.
Dulcissimo suo Marito
Cum quem. vixit. sine. lesione
animi. annos III. & MX. fuit in
Seculum. quod vixit. ann.*

*XXXII. dep. XIII. Kal. Sep. Valen
tiniano. N. P. & Victori Cons.*

Quibus solacifimis præfata inscrip-
tio scateat, latinæ linguæ periti judi-
cent; quo tempore autem fuerit exa-
rata ex ipsis Consulibus elicetur, qui
anno Christi 371. Consulatum ambo
gesserunt literæ N. P. Nobili Puero
denotant.

Ut magis Lectoris curiositati in-
dulgeam, locum ubi sarcophagus in-
ventus fuit in sæpeditata Tabul. VII.
lit. A. ostendo.

ff. Ecclesia S. Salvatoris de Offi-
bus, sive in Magello, aut Macello,
vel de Torrione. Ecclesia hæc nunc
profanata est, unitaque Palatio San-
ctissimæ Inquisitionis. Eandem à Ca-
rolo Magno fundatam fuisse tradunt
Turrigius, & Martinellus, quorum
testimonia hîc referimus. Turrigius
igitur pag. 525. hæc se reperisse asserit
in quodam Ms. Codice continente Ec-
clesias, Hospitalia, Monasteria Basili-
cæ Vaticanæ subiecta videlicet: *Item*
subjicitur dictæ Sacrosanctæ Principis
Apost. de Urbe Eccl. S. Salvatoris de
Terione, quæ à Carulo Magno Imper.
ad sepulturam omnium Ultramontano-
rum, & omnium quorumcumque,
ubicumque, & qualitercumque ad Ur-
bem venientium pauperum, vel divi-
tum, nobilium, vel ignobilium quocum-

A que decedentium in hac alma Urbe Ro-
ma, vel in circuitu ejus à Sutrio usque
ad Ananiam, vel Alb. fuit concessa
Basil. S. Petri cum possessionibus, juri-
bus, & utilitatibus suis ab ipso Carulo
primo Imperatore, & Leone Papa IV.
(idest III.) Consuetum fuit tamen de
bonis Camera dictæ Basilicæ dari in festo
Salvatoris comedere triginta pauperibus
pro redemptione animarum omnium Fi-
delium defunctorum, & oleum pro festo.
Tamen oleû, et comestio pauperû fuerû
taxata Sacerdoti in viginti pauperes, &
Sacerdos cætera facere teneatur, de quo
pauperes malè possunt sustentari. Tene-
tur etiam de more Capitulum Basilicæ
supradictæ totum, ut Collegium, ire illuc
in festo ejus, & vesperis vigilia, & in
vesperis festi, & post vesperas, cantare
vesperos, & vigiliis defunctorum, &
postea Sacerdos indutus pluviâ violâ-
ceo cum Acolitis, cum candelabro, &
faculis accensis, incenso, & aquâ bene-
dictâ ire per sepulturas, & cœmiterium
supradict. omnibus aliis dictæ Basilicæ
Instituti precedentibus, & cantare
psalmos pœnitentiales. Quibus completis
Sacerdos, & Clerici S. Salvatoris præ-
dicti debent omnibus, & singulis dictæ
Basilicæ, qui ministrant, & officialibus
vinum bonum propinare affluenter, &
dare pyra, mala, nespula, castaneæ,
nuces, & hujusmodi. Ante statutum
D. Nicolai PP. III. Capitulum mone-
bat (idest faciebat) ibi bonam distribu-
tionem de bonis Camera Basil. supradi-
cto Sacerdoti ipsius Ecclesiæ S. Salvato-
ris. Cura Peregrinorum connectitur
infirmorum, qui Sacerdos eisdem debet
Sacramenta Ecclesiastica ministrare.
Bona autem omnia reliqua Peregrino-
rum quorumcumque, qualitercumque,
& quomodocumq; ad ipsam Sacrosanct.

Basilicam provenientia devolvuntur, ut Dognus Leo Papa IX. eidem Basilicæ concessit, & est usque in hodiernum diem inconcussè servatum. Hæc Turri-
gius; Martinellus verò in sua Roma Sacra, ac in eadem Ecclesia sic scribit: *Narratur, quod Leo PP. IV. (idest III.) edificavit unam Ecclesiam in civitate nova Leoniana, juxta murum in prædium, quod dicitur Magelli, non longè à monte, qui vocatur Vaticanum ad utilitatem sepeliendi egenos in honorem Salvatoris Domini nostri Jesu Christi. Et idem Imperator libenti voto augeri cupiens, atque ampliari, Altare ibi consecrare fecit, & maxima reliquiarum congeries condiri statuit in honorem Salvatoris, & Stephani Protomartyris, S. Laurentii, & Beatorum Joannis, & Pauli, ibique condidit de vestimentis Sancti Stephani Protomartyris, ac unam parapsidem plenam de carbonibus, quibus ustus fuit S. Laurentius, & duabus costis S. Joannis, & Armilla Pauli, & duas torques de Sergius, & Bacchus, & Bacchus Primicerius, & Secundicerius, & bojam (idest funem) de collo Alexandri V. Papæ (idest quintus à S. Petro) & de capillis ejus quantum pugillo capere potest. Concessit unam Curtem, quæ dicitur Maceranium, novem filas ad Sale faciendum, quas emerat à Joanne Portuense Episcopo, Cruces, Calices, coclearia, forficulas, & alia paramenta, necnon Crucifixum argenteum lib. 60. cum suis gabbathis, sive lampadibus. Voluitque, ut in dicta Ecclesia forent perpetuò tres Presbyteri, & duodecim Clerici tonsuratis de Aquitania, & alias, prout latius continetur in dicto privilegio Dat. Ann. 797. Indictione 7. in Palatio juxta Vatican. ad Basilicam Sancti*

A Petri, mense Decembri, die 22. Alcuino, & Fredigardo Cancellariis. Has desumpsi subscriptiones ex eodem Turri-
gius pag. 487. ubi notatur; quod licet in supradicto privilegio nomen Leonis IV. & Caroli Magni legatur, nullum propterea adesse errorem, eò quod Leo III. dictus fuerit etiam IV. ex Chronic. Ms. à Ricaredo Monacho Cluniacense in Biblioth. Vaticana, num. 3765. ubi post Sergium II. ponit quemdam Leonem III. ac idem ponitur à Martino Polono. Quin etiam Leo III sub nomine IV. habetur in diplomate Leonis IX. in Archivo Basilicæ, confirmantis dictam Ecclesiam S. Salvatoris à præfato Carolo Magno, & Leone IV. constructam.

B gg. Xenodochium, sive magna domus, quæ in plures aulas, cubiculaque distributa erat, à nonnullis Pontificibus ampliata fuit; præsertim verò à Gregorio XIII. In hac autem domo Summi Pontifices S. Gregorium Magnum imitantes, per idoneos Ministros ibi institutos XIII. Peregrinos ad Apostolorum limina confluentes, ad mensam quotidie suscipiebant, qui mos nuper in Palatio Vaticano, & dum hæc imprimuntur in Quirinali sæpè præfente Pontifice observatur. Porro hæc domus loco antiqui Xenodochii à præfato S. Gregorio in platea Vaticana constructi, & aliorum duorum, quæ Stephanum II. auctorem habebant, & propè eandem Basilicam erant, successit.

hh. Ecclesia S. Apollinaris ab Honor. I. ædificata, ut ex ejus vita, ubi sic: *Itē fecit Basilicā B. Apollinaris Mart. in Urbe Roma in Porticu B. Petri Apostoli, quæ appellatur Palmaria à solo, ubi dona multa largitus est, & decrevit,*

vit, ut per omnem hebdomadā sabbatho die exeat Litania ad B. Apollinarem, & ad B. Petrū Apostolum, cum hymnis, et canticis populus omnis occurrere debeat.

ii. Quatuor marmorea meniana, quæ à Xysto IV. & Innocentio VIII. inchoata, ab Alexandro VI. fuere perfecta. Hæc quinque parastratis cum columnis marmoreis sustentabantur, atque inde Romani Pontifices in præcipuis, ac sollemioribus festivitibus adstanti populo benedictionem impartire solebant. Meniana hæc demonstrantur supra in Tab. XII. lit. C.

kk. Juxta, & extra porticum in angulo ad Aquilonem occurrebat facies, sive frons Palatii Apostolici, in qua lit. kk. regiam ejusdem Palatii januam ab Innocentio VIII. restitutam, eximiisque marmoribus, ac variis cælaturis ornatam demonstrat, ut videre est in dicta Tab. XII. lit. D.

ll. Ascensum ad Basilicam per gradus 35 marmoreos in quinque ordines distinctos ostendit, quorum primi à Constantino Magno extructi, postea à Symmacho Papa amplificati; demum à Pio II. eò quòd ob nimiam vetustatem dilapsi essent, non renovati solummodo, sed etiam producti, extensique fuere ad Aquilonem, appositis ex utraque illorum parte SS. Apostolorum Petri, & Pauli statuis marmoreis, quæ etiam ad præsens cernuntur, ut apparet in relata Tab. XII. lit. H. I. De hujusmodi scalarum ascensu devotionis gratiâ diximus supra, antequam de altari majori S. Petri sermonem haberemus.

mm. Ecclesia, sive Xenodochium S. Gregorii in Platea, sive de Cortina, in qua Cantores Basilicæ habitabant, necnon ministri, qui ex Pontificis ærario Peregrinis, Pauperibusque

ad Basilicam confluentibus suppeditabant alimentum.

Non longè ab hac Ecclesia, alia aderat sub denominatione S. Mariæ Virgariorum, in cujus conspectu Cantorum schola lectum D. Papæ, ad Basilicam processionaliter accedenti, parabat.

Pro hujus dissertationis corona, ac ut etiam magis appareat nostri Imperatoris Constantini, erga eandem Basilicam liberalitas, donaria ab ipso eisdem Basilicæ facta hic ducimus annexere, prout in Libro Pontificali, & S. Sylvestri vitâ enarrantur, videlicet.

Corpus S. Petri recondidit, ipsum loculum undique ex ære Cyprio conclusit, quod est immobile. Ad caput pedes quinque, ad pedes pedes quinque. Ad latus dextrum pedes 5. Ad latus sinistrum pedes quinque; subtus pedes quinque, supra pedes quinque. Sic inclusit corpus B. Petri Apostoli, & recondidit, & ornavit supra ex columnis Porphyreticis, & alias columnas vitineas, quas de Grecia perduxit. Fecit autem, & cameram Basilicæ extremam ex auro fulgentem supra corpus B. Petri, supra æs unde conclusum est. Fecit crucem ex auro purissimo pensantem libras centum quinquaginta. In mensuram loci, ubi scriptum est hoc: Constantinus Augustus, & Helena Augusta banc domum regali simili fulgore coruscans aula circumdat; scriptum ex literis puris nigillis in cruce. Fecit autem candelabra aurochalca in pedibus 10. numero quatuor argento conclusa, cum sigillis argenteis. Actus Apostolorum, pensum singuli libras 300. Calices aureos tres, cum gemmis prafinis, & hyacinthinis singuli, qui habent gemmas 45. pens. sing. lib. 12. Metretas argenteas 2. pens. lib. 200. Calices argen-

teos viginti pens. sing. lib. 10. Amas aureas duas, pens. singulas lib. 10. Amas argenteas quinque, pens. sing. lib. tres. Patenam ex auro purissimo unam cum turre, & columba ornata gemmis prainis, & hiacynthinis, quæ sunt numero cum margaritis albis 215. pensant. libras triginta. Patenas argenteas quinque pens. sing. libras 15. Coronam auream ante corpus, ubi est Phara cantbarus cum Delphinis quinquaginta, qui pens. lib. 35. Phara argentea in gremio Basilicæ 32. cum Delphinis pens. singul. lib. 10. Ad dexteram Basilicæ Phara argentea 30. pens. singul. lib. 8. Ipsum altare argento, et auro clusum cum gemmis prainis, et hiacynthinis, et albis 210. ornatum undique pensant libras 350. Thimiamaterium ex auro purissimo cum gemmis undique ornatum num. 51. pens. lib. 15. Item in reditus domus B. Petri obtulit Constantinus per Diceceses Orientis hæc in civitate Antiochie. Domum Datiani præstantem solidos ducentos quadraginta, Domunculam Vicene præstans solidos viginti, & tremissem, Cæle in Aphodisia præstans solidos viginti, Balneum in cerateras præstans solidos 42. Pistrinum ubi supra præstans solidos viginti tres. Popina supra præstant. solidos decem. Hortum Maronis, præstans solidos decem. Hortum alium, ubi supra, præstantem solidos undecim sub civitate Antiochia. Possessio Sybille donata ab Augusto præstans solidos 323. Cartas decadas centum, & quinquaginta; aromatum lib. 200. Nardini olei libr. 200. Balsamum lib. 35. Sub civitate Alexandria possessio Timialia donata Augusto Constantino ab Ambronio præstans solidos sexcentos, & viginti. Cartas decadas 300. olei Nardi 300. Bal-

samum libras quadraginta. Aromata lib. 150. Storacis Isauricæ lib. 1. Possessio Euthimica ducis, præstans solidos quingentos, donavit Augustus Constantinus possessionem Pattinopolim, præstans solidos octingentos, Cartas decadas 400. Piper medemnos quinquaginta. Crocos libras centum, Storace libras 150. aromata cassia lib. 200. olei Nardi libras 300. balsami lib. 100. lini saccos centum cariophyllorum lib. centum, & quinquaginta, oleum Cyprium lib. centum. Papyrii canas libras mundas mille. Possessio, quam donavit Aug. Constant. Hybromias, præstans solidos quadringentos quinquaginta, cartas decadas 200. Aromata cassie lib. quinquaginta. Olei Nardini lib. ducentas. Balsami libras quinquaginta. In provincia Euphratensi sub civitate Cyro possessionem Armanalanan, præstantem solidos 380. Possessio Mobaris, præstans solidos 260. Hæc de donariis. Modò in devotorum, religiosorumque hominum gratiam addere nobis placet, quod Anno 1687. hic Romæ Amicus noster, ac de sacris, piisque memoriis optimè meritus R. D. Abbas Bartholomæus Piazza peculiarem edidit tractatum, Italico idiomate, inscriptum: *Effemride Vaticana per i pregi Ecclesiastici d' ogni giorno dell' Augustissima Basilica di S. Pietro in Vaticano*. In quo, quidquid singulis diebus in eadem acciderit Basilica, quod pietatem, ac devotionem excitare possit, eruditè narrat.

tæ Virginis
lium suum,
sum Chri-

æ Basilicæ
t nos supra
aliis etiam
fertim in
s est, vetera
, sed cum
tabulis nos
rimus, hîc
outamus.


XII. imago,
r inscriptio
nempè.


na Tholosæ
hujus Basi-
CCCXLI.
e fecit.
mus supra

Petrum se-
t illa ænea,
n Basilica,
am januam
ri festo Plu-
e sacerdotæ
etiam mos
cuti sumus,
egimus.

entum, in
iti hac in
à Sanctis.
ntra negan-
est, & quod
um fuit, se-

o, Jordane,
quoque Dia-
ono, Zacca-
to, atque
. Antefactus
D. Gre-





teos viginti per
 reas duas, per
 argenteas quin
 Patenam ex a
 turne, & co
 prainis, & h
 mero cum mar
 libras triginta
 que pens. sing.
 ream ante corp
 rus cum Delp
 pens. lib. 35. I
 Basilice 32. c
 lib. 10. Ad d
 argentea 30.
 altare argent
 gemmis prain
 albis 210. o
 libras 350. I
 purissimo cum
 num. 51. pen
 domus B. P
 per Diceceses
 Antiochie. I
 tem solidos du
 munculam V
 ginti, & tre
 prestans solia
 cerateras prest
 ubi supra pra
 Popina supra
 Hortum Ma
 cem. Hortun
 stantem solid
 Antiochia. F
 Augusto praes
 decadas cent
 aromatum lib
 200. Balsan
 Alexandria p
 Augusto Con
 stans solidos s
 tas decadas 3

S E C T I O X V.

De Partibus subterraneis, sive Sacris Cryptis Vaticanae Basilicae.

TAM interiores, quàm exteriores hujus inclytæ Basilicæ, eique adjacentes fabricas diligenter lustravimus, atque perpendimus, narravimusque varios Sanctissimos Pontifices, variosque Augustissimos Imperatores, Regesque, atque Reginas, necnon sublimes diversi generis personas, non solum in ædificiis, atque ornatibus, verùm etiam in dotibus, atque donariis magnas pecuniarum insumendo summas, quasi certasse. Ne igitur tot religiosorum, piorumque hominum periret memoria varia fuere erecta monimenta, quæ in veteris Basilicæ demolitione partim diruta, partim aliò distracta sunt; & ne ex hac demolitione ipsa monimenta in oblivionis tenebris delitescerent, piâ, peculiarique Romanorum Pontificum, præsertim Pauli V. vigilantia, illa in subterraneis ejusdem Basilicæ partibus, quæ nunc Crypte denominantur, fuere collocata. Quare nos, ut curiositati simul, ac piæ Lectoris devotioni satisfaciamus, nonnulla insigniora monimenta, quæ in eisdem extant Cryptis, hodieque visuntur, eorumdemque propterea locorum, atque Cryptarum ichnographiam exponimus in Tab. XXV.

1. num. Designat Oratorium, sive Cappellam Beatissimæ Virginis Mariæ Porticus, sic dictæ, quia infra columnas Porticus veteris Basilicæ olim extabat. Qua de re fusè citatus Turrius pag. 33.

2. Altare ibidem existens, in quo

A visitur imago ejusdem Beatae Virginis Mariæ, quæ Unigenitum filium suum, ac Dominum nostrum Jesum Christum amplexatur.

3. Hoc in loco antiquæ Basilicæ ichnographia depicta est, ut nos supra in Tab. VII. exhibuimus. In aliis etiam hujus Cappellæ locis, præsertim in fornice, qui valde demissus est, vetera altaria delineata cernuntur, sed cum illa jam supra diversis in Tabulis nos ostenderit, ac descripserimus, hinc repetere incongruum fore putamus.

4. Marmorea Benedicti XII. imago, juxta quam sequens legitur inscriptio etiam marmore insculpta, nempe.

5. *Benedictus XII. Papa Tholosanus fecit fieri de novo tecta hujus Basilicæ sub an. Domini N. MCCCXLI. Magister Paulus de Senis me fecit.*

De hac imagine disseruimus supra sub num. 48.

6. Statua marmorea S. Petrum sedentem repræsentans, ut est illa ænea, quæ superius ad præfens in Basilica cernitur. Olim ante Regiam januam stabat, & in ejusdem S. Petri festo Pluviali, ac Mitra, cæterisque sacerdotalibus indumentis ornari etiam mos erat. De hac nos supra locuti sumus, ubi de atrio hujus Basilicæ egimus.

7. Marmoreum fragmentum, in quo memoria Concilii habiti hac in eadem Basilica anno 732. à Sanctiss. Pontifice Gregorio III. contra negantes sacras Imagines, cælata est, & quod à temporis edacitate servatum fuit, sequens est.

Petro, Theophano, Sergio, Jordane, seu Johanne. Adstantibus quoque Diaconibus. Moscho Archidiacono, Zaccaria, Johanne, Theophulacto, atque Gemmulo, vel cuncto Clero. Antefactus

D. Gre-

D. Gregorius Apostolicus Papa dixit, re-
duco ad animum (Sanctissimi fratres
mei) qualia mihi, & quanta mirabili-
ter Christus D. noster contulerit bona,
& quomodo me indignum ad tanti api-
cis fastigium suâ pietate dignatus fuerit
evocare, & stupefco nihil aliud valens
retribuere potentie ejus, nisi solas agere
gratias, & indefinente prece gloriosum
ejus collaudare nomen. Quis enim (ut
ait Propheta) loquatur potentias Domi-
ni, auditas faciat omnes laudes ejus,
vel quid retribuam Domino pro omni-
bus, quæ retribuit mihi? Calicem salu-
taris accipiam, & nomen Domini in-
voco.

Hoc idem fragmentum habes apud
laudatum Turrigium pag. 70.

8. Antiqua Crux Musivo opere
elaborata, quæ olim ad Ciborium
Sanctissimi Sudarii à Joanne VII. con-
structum extabat.

9. Aliud marmoreum fragmentum
continens monumentum Concilii ha-
biti anno 732. ante D. Petri corpus,
à Gregorio III. Sanctissimo Pontifice,
quæ ibi leguntur hæc habes.

.....tissimi Episc. & Vener.....

Hoc quod à vestro se.....

intuitu prævisum aul.....

omnium conditoris et.....

ejus placet, ut fieri di.....

tre, & omnium Salu.....

Gregorius Sanctissimus.....

Apostolicus Papa dixit.....

Sanctissimi intentio mea e.....

positioni ea quæ à vobis Christi.....

quorum B. Petri Apostoli.....

sub interdictu anathemate.....

Sanctissimi Episcopi, & venerabiles.....

Presbyteri responderunt grato duc.....

Interdictu Apostolicæ Auctori hæc quæ..

Salubri consideration.....

visa sunt stabiliri debeant ne ve-
quis audeat existere temerator. : . .

Gregorius Sanctissimus, ac Beatissimus.

Apostolicus Papa dixit, si quis contra...

Privilegii definitionem venire tempta-

verit anathema sit, & responderunt

omnes tertio anathema sit.

Gregorius gratia Dei Episcopus Catholi-

cæ, atque Apostolicæ Urbis Romæ

huic privilegio, atque de

B Alterum pulcherrimum exemplum

nobis præbet moris hujus celebrandi

Concilia ante corpus B. Petri Syricius

Pontifex, qui sedit anno Domini 385.

Is enim in Synodali Epistola scribens

ad Episcopos Africanos sic ait: Cum

in unum plurimi fratres convenissemus

ad S. Apostoli Petri reliquias, per quem

& Apostolatus, & Episcopatus in Chri-

sto cœpit exordium, &c. Datum Romæ

in Concilio Episcoporum octoginta, sub

sub die octavo Idus Januarii.

C 10. Nonnulla marmora anagly-

phico opere elaborata, quæque erant

ad facellum Johannis VII. in quibus

varii rami frondibus vestiti cælati

erant.

11. Duo sunt sarcophagi, in quo-

rum uno hæc tantummodo leguntur.

Constanti locus qui adhuc cos

TAT.

In tegmento verò legitur: Constan-

tii Dei famuli sepulcrum.

D Alter verò sarcophagus inscriptio-

ne caret, atque idè, qui ibi tumulati

sint ignoratur. Vide Turrig. pag. 67.

& 108. In pariete super hos sarcopha-

gos collocata sunt Phrygia marmora,

apprimè elaborata, involutos palmites

arabico more expressos, representantia,

quæ olim erant in facello Joannis VII.

In parastrata dextera ad januam in-

gressus hujus cappellæ est statua mar-

morea

morea anaglyphico opere elaborata A de Veter. Monim. part. 1. cap. 28. quæ S. Matthæum Apostolum repræsentans, quæ olim ad sepulcrum Nicol. V. erat, de qua Turrig. pag. 98. & 108. è conspectu verò scilicet in parastrata sinistra alia est marmorea statua, Sanctum Joannem Apostolum denotans, quæ itidem erat in eodem Nicolai V. sepulcro ut idem Turrig. narrat paginâ 99. & 108.

E conspectu januæ hujus cappellæ B est magna Crux è marmore, quæ olim erat in summitate anterioris faciei veteris Basilicæ.

Prope hanc Crucem sequentes versus marmori insculpti sunt, qui olim extabant in zona coronicis faciei dictæ veteris Basilicæ. Carmina sic se habent. *Summa Petri sedes hæc est sacra Principis ædes*

Mater cunctarum decor, & decus Ecclesiarum

Devotus Christo, qui templo servit in isto

Flores virtutis capiet fructusque salutis.

12. In hac parietis facie Musivum opus collocatum est, quod olim extabat in Ecclesiæ atrio, (Paradiso vulgò appellato) super Ottonis Imperat. II. sepulcrum. Hoc Musivum opus tres figuras habet, quarum media humani generis Salvatorem in actu benedicendi denotat, qui pollicem cum annulari conjunctum habet. Ad dexteram stat S. Paulus, qui volumen sinistrâ tenet. Ad Salvatoris sinistram Sanctus Petrus est, qui itidem in sinistra tres habet claves. Has figuras exponit Aleman. in suis parietinis Lateranensibus c. 10. & nos retulimus supra in Tab. XXIV. fig. 2. Quid autem per illas tres claves denotetur differuimus in nostro Opere

de Veter. Monim. part. 1. cap. 28. quæ curiosus Lector videre poterit.

13. Propè descriptam cappellam alia est sub denominatione S. Mariæ de Prægnantibus, de qua supra fati sumus, ubi altare, ut n. 13. De Prægnantibus B.M. V. imago denominata fuit, quia mulieres utero graves erga illam peculiarem gerebant devotionem: fuit etiam Angelorum appellata, ut diximus sub nu. 18. & 43. Dictum facellum Patricia Ursinorum familiæ erat, quæ nobilissima familia erga hanc præcipuè Basilicam singularem devotionem semper gessit; quoniam in eadem duodecim sumptuosas habuisse cappellas refert sæpè citatus Tur. pag. 90. septemque ibidem ex præfata familia, laudatæ Basilicæ fuisse Archipresbyteros.

14. Joannis Papæ VII. qui floruit anno 705. imaginem Musivo opere expressam refert. Ædiculam in manibus Pontifex tenet, perquam ipsius ædiculæ denotatur constructor, scilicet ipse fecit Oratorium in eadem Basilica in honorem B.V.M. Musivis operibus ornatum, ut ex epigraphe anaglyphicis literis marmore insculptis apparet nempè: *Jobannis servi S. Mariæ. De quo narravimus supra sub nu. 114.*

15. In hoc loco S. Petrus prædicans Musivo opere delineatus est. Extabat olim in præmemorato facello.

16. Marmoreus lapis est, in tredecim partes ab edacitate temporis fractus, quibus curâ, & diligentia præmemorati Turrigii in unum collectis, lapis restitutus fuit, in eoque tres sequentes orationes leguntur, quas Gregorius hujus nominis III. Sum. Pontif. pro anima sua ad proprium sepulcrum poni jussit.

Orationes sic se habent, sed aliqua A adstantibus hinc inde duobus Angelis, in parte mutila.

Exaudi nos omnipotens, & misericors Dominus . . . Gregorium tertium, quem tua gratia iussit . . . agimus aeternae beatitudini, & consortio tuo . . . catholica fide Religionis Christianae praemia vitae aeternae . . . refrigerii cum fidelibus tuis praepares mansionem Per etc. . . . Domine Oblata sanctifica, & animam famuli tui Gregorii . . . munda, & perpetuae vitae facias esse participem.

Domine indulgentia tua animam famuli tui Gregorii . . . corporis, & sanguinis participatio sacra . . . saginet, & sempiterna redemptione muniat.

Sequenti modo eadem orationes suppletæ fuere.

Exaudi nos omnipotens. & misericors Dominus, & famulum tuum Gregorium III. quem tua gratia iussit esse Pastorem, per hæc, quæ agimus aeternae beatitudini, & consortio tuo aggreges & pro Catholica fide religionis Christianae praemia vitae aeternae, & refrigerii cum fidelibus tuis praepares mansionem. Per Dominum, &c.

Offertorium.

Hæc Domine oblata sanctifica, & animam famuli tui Gregorii maculis emunda, & perpetuae vitae facias esse participem. Per, &c.

Post Communio.

Domine indulgentia tua animam famuli tui Gregorii Summi Pontificis corporis, & sanguinis participatio Sacramenti sacra saginet, & sempiterna redemptione muniat. Per, &c.

17. B. M. Virginis imago Unigenitum filium suum, qui globum, mundum representantem, manibus tenet,

quæ imago à 350. annis circiter depicta est, & olim prope porticum navis SS. Crucifixi ad Altare Assumptionis ejusdem B. V. extabat.

18. In septem distinctis loculis anaglyphico, ac marmoreo opere armati cernuntur viri unâ cum aliis imaginibus, ac Nerone sedente, quem militibus suis SS. Petri, & Pauli carcerationem jubere colligimus, olim hoc emblema à Xysto Papa IV. pro S. Petri altare exornando constructum fuit.

19. Marmorea inscriptio, quâ conceditur à Johanne Papa III. qui floruit anno 563. Marcello Subdiacono, ejusque successoribus, ut in Vaticana Basilica sepeliri possent. Epigraphe sic se habet.

Locus Marcelli sub Reg. sextæ concessum sibi, & posteris ejus à Beatissimo Papa Joanne, qui vixit annis plus minus 68. Dep. P. C. Basilii V. C. ann. 22. Indiæ. xi. undecimo Kal. Januarias.


20. Musivum opus Angelum stantem representans, cujus iconem retulimus supra in Tab. X. lit. F.


21. Tenor licentiæ sepeliendi in læpè laudata Basilica Petro, & conjugi ejus concessæ à Papa Hormisda, qui floruit anno 514.

* Fl. Maximo V. C. Coss. concessum locum Petro Romæ ex trib. voluptatis, & conjugi ejus Joanne Papa Hormisda, & Transamundus Præps Basil. Beati Petri.

Quodnam fuerit hoc Tribunitiæ potestatis munus deducitur ex Epistola 42. lib. 4. Cassiodori, ubi demonstratur, Tribunum hunc Theatralibus præfuisse ludis.

22. Alia antiquissima sepulcrorum duo.







TAB. XXVI



Fig. 16

duorum memoria hoc in loco servatur, quæ sic se habet.

Loc. Dulciti, & Euthichitis Not. Eccl. Rom. q. compb. idest quem comparaverunt, pro comparaverunt.

* *Locus Petri Subdiaconi Sanctæ Ecclesiæ Romanæ Reg. primæ, quem comparavit, se vivum,* pro se vivo.

Annalium Ecclesiasticorum parens Cardinalis Baronius ad annum 414. supramemoratum Dulcitem illum, fuisse docet Tribunum, & Notarium. missum in Africam ab Imperatore, virum amplissimum, ac disertum ad quem D. Augustinus direxit librum de octo quæstionibus.

23. Aliud marmoreum epitaphium hoc in loco cernitur, tenoris sequentis.

Lc. Joannis Alicensis se Vibo comparavit P. C. Viatoris. Ubi *Lc.* significat *locus, vivo vivo, P. C. post Consulatum.* Inferiùs hæc habentur.

Epitaphium Joannis Alicensis Gelasio I. anno CCCXCVI. ex demolitione sub Paulo V. veteris Templi hic positum.

Scilicet locus Joannis Alicensis se vivo comparavit post Consulatum Viatoris. Flavius igitur Viator secundum Calvisii computum Consulatum gessit an. 495.

Ingressi fuimus Cappellam, modò ab illa egrediamur, in cujus januæ parastatis ad dexteram ingressus, cernitur statua marmorea anaglyphico opere elaborata, S. Jacobum Majorem representans, quæ olim extabat ad sepulcrum Nicolai V. Summi Pontificis; in alia verò parastata altera est statua, pari modo sculpta, S. Jacobum Minorem denotans, quæ itidem in eodem erat sepulcro.

24. In pariete è conspectu hujus

cappellæ, ac januæ magna locata est marmorea tabula, altitudinis quatuor, longitudinis verò duodecim palmorum, in qua carmina à B. Pontifice Damaso exarata, occasione, qua ipse Pontifex quandam humiditatem, quæ quiescentium in Christo corpora labefactabat, exficari mandavit, literis altitudinis unciarum trium insculpta sunt; quæ carmina retulimus supra sub num. 31.

25. Imago B. Mariæ Virginis musivo opere elaborata, quæ olim ad Ciborium Joannis Papæ VII. erat, in hoc loco collocata cernitur. Supra eandem imaginem marmorea tabula sita est, continens fragmentum epistolæ directæ ad Flavium Eutherium à tribus Imperatoribus, pro servandis bonis Ecclesiæ, cujus epistolæ tenor est.

...MPERAVGGG.FLEVTHERIO.SVO.SALVTEM.

C... *Præcipuo cunctorum planè est tenenda consensu.*

... *mnofas ducimus, vel cultibus ut ulla depereat proga*

... *includere ad quæ insultare reliquiis prædium pro*

... *eo sacris certum est ministeriis adque misteriiis*

... *lum septa consurgerent, verum etiam pauperum*

D... *Hoc jugiter Divina communiter adque humana*

... *eodem constituta possessio experiatur Emptores*

... *aque perpetuam præter venerabiles cultus ulla*

... *us muniendi fides adque reverentia perennis*

... *Majestate perpetua certum est esse venerabilem*

... e custodiam B. data die pridie Kal. A
 Majas

... VCC. CONSS. PROSB.

Super hanc epistolam copiosè differit Laudatus Turrigius in suis Cryptis Vaticanis pag. mihi 21. ubi notat præfatum Eutherium unà cum Siagrio Consulem fuisse an. Christi 381. quo recurrebat annus decimus quintus Pontificatus S. Damasi, à tribus Imperatoribus fuisse conscriptam, nempe à Gratiano, Valentiniano, ac Theodosio Augustis, ut illæ literæ AUGGG. denotant; aliæ verò quæ in fine leguntur, nempe PRO. SB. sic explicat, *pro servandis bonis*. Hæc breviter de isto fragmento, plura si cupis adito eundem Turrigium.

26. Hoc in pariete nonnulla collocata cernuntur simulacra marmorea Apostolorum, Doctorumque Ecclesiæ, quæ olim erant ad sepulcra Nicolai V. & Calisti III. Summ. Pont. necnon Berardi Cardinalis Heruli.

27. Alterum lapideum fragmentum continens donationem factam suorum bonorum B. Petro à Comitissa Mathilda, quam integram donationem præcitatus Turrigius ad pag. 338. refert literis majusculis, notando ea, quæ in marmore desiderantur. Donationis tenor sequens est.

In nomine S. & individue Trinitatis. Anno ab Incarnat. D. N. J. Christi 1102. XV. Kal. Decemb. indict. X.

Tempore D. Gregorii Papæ in Lateranen. Palatio in Cappella S. Crucis in presentia Cencii Francipanis, Gratiani Cencii Francolini, & Alberici de Petro Leon, & Beneincasæ fratres ejus, Vberti De Thascio, & aliorum plurimorum.

Ego Mathilda Dei gratiâ Comitissa, pro Animæ meæ remedio, & parentum

meorum, dedi, & obtuli Ecclesiæ S. Petri, per interventum Domni GG. PP. omnia bona mea jure proprietatis, tanto quæ tunc habueram, quàm ea, quæ in antea acquisitura eram, sive jure successio- nis, sive alio quocumque jure ad me pertinerent, & tam ea, quæ ex hac parte montis habebam, quàm illa, quæ in Ultramontanis partibus ad me pertinere videbantur, omnia, sicut dictum est, per manum Domini Greg septimi Papæ Romanæ Ecclesiæ, & tradidi, & cartulam inde fieri rogavi; sed quia cartula nusquam apparet, & timeo ne donatio, & oblatio mea in dubium revocetur, ideo ego, quæ supra, Comitissa Mathilda iterum à presenti die dono, & offero eidem Romanæ Ecclesiæ per manum Cardinal. & Legati ejusdem Romanæ Ecclesiæ, sicut in illo tempore per manum D. Gregorii, omnia bona mea, tam quæ nunc habeo, quàm quæ in posterum Deo propitio acquisitura sum, &c. Actû Canusie feliciter. Mathilda Dei gratiâ, si quid in hac cartula à me facta subscripsi † Ego Arelerius Judex interfui, & subscripsi, &c. Ego Guido Notarius Palatii Scriptor hujus cartulæ offertionis post traditam complevi, & dedi, &c.

Hanc eandem donationem integram, ac correctam refert Baronius ad annum 1102.

28. Aliud marmoreum sequitur fragmentum, quod admodum abstrusis, abbreviatisque characteribus incisum est. Legitur in eo peculiaris visio habita à quodam pio, ac devoto Viro, cujus fragmenti tenor sic se habet.

... sionibus extra, recepit que
 ... s tedium. In prima verò visione vidi
 ... tenentem in manu virgam, et erant
 ... o tres ex una parte, et tres ex alia,
 parte

... ee ante eum statim venerunt tres ca-
nes, qui

... S. Petri, et ascenderunt super armos
meos, et lingebant

... tunc collum meum ex una parte, et
alter ex altera

... iet et tertium inter duos armos, et
ego cadebam in terram

... ue signavit me, et Sanctus Petrus
dedit mihi panem

... imius, et ait mihi, Vade

... fuit autem secunda visio in porticu
ante portam

... Sanctę Marię vidi

... rabiles pueros ludentes inter

... e ad pinnam que est in

... omni temp.

29. Item aliud est fragmentum è marmore, in quo insculpta est memoria dotationis altaris BB. Apostolorum Petri, & Pauli, factę à Petro Barbo hujus Basilicę Archipresbytero, C qui postmodum Cathedram B. Petri ascendit, ac Paulus II. denominari voluit.

30. Monumentum hoc lapideum, ac sepulcrale venerandum est propter ejus antiquitatem, nam in eo cujusdam Catelli nomen insculptum cernitur, qui obiit anno Christi 501.

31. De hac Sacratissima Basilica verè dici potest, quod in Sacra legimus Scriptura, quòd sit Domus Dei, & Porta Cœli, Gen. cap. 27. vers. 18. & quòd terra ista sancta sit, Exod. cap. 3. vers. 5. Hoc fel. record. Pontifex Urbanus VIII. optimè animadvertens, terram erutam pro fundamentis jaciendis, occasione columnarum ænearum super Confessionem Beati Petri superpositarum, ob tot Pontificum, aliorumque piorum, ac religiosorum Virorum, & Fœminarum in hac eadem Basilica hu-

A matorum, sanctam esse, ideo in hoc peculiari loco recondi, ac asservari voluit.

32. Statua marmorea Alexandrum Papam VI. mortuum, ac Pontificalibus indutum jacentem repræsental, qui in hac eadem Basilica humatus fuit.

33. 34. Alia duo simulacra marmorea SS. Apostolos Petrum, & Paulum denotantia, hęc sita sunt, quę olim ad januam antiquę porticus, Pontificum denominatę, stabant

35. Hoc in loco sepulcrum est Francisci de Tebaldeschis Romani S. Sabinae Prioris, & Canonici hujus Basilicę, in qua tres Clericos Beneficiatos de suo auxit; obiit VI. Septembris anni 1378.

36. Prope hoc aliud est antiquissimum sepulcrum, sive marmorea sepulcralis tabula, in qua hęc leguntur: *Depos. Felix Diac. V. Idus Martias Theodosio XV. Placido Valentiniano IIII. Augustis Viris clarissimis Consulibus*, quorum Consulatus cadit in anno 435. Cùm hoc anno idem Theodosius Junior pro decima quinta vice, & Valentinianus pro quarta fuerint electi Consules.

37. Sarcophagus marmoreus est variis anaglyphicis, sacrisque figuris cælatus, in quo antiquitus Fidelis aliquis sepultus, postea verò in eodem Gregorii Papę cadaver reconditum fuit, supra in marmore exculptum est Epitaphium, quod habes apud Ciaconium in hujus Pontificis vita, ideo libenter omittimus.

38. Magna arca ex Numidico marmore, cujus tegumentum est è marmore Porphyretico; olim extabat in Adriana mole, ut refert Benedictus Canonicus in suo manuscripto. In hac cadaver Ottonis II. Imperatoris recondi-

tum est, qui Romæ anno 984. finem A
vitæ fortitus fuit, cum esset annorum
31.

39. Sepulcrum Adriani PP. IV. hoc
in loco situm est. (Cum dico sepulcrum,
intelligo statuam marmoream jacen-
tem, quæ olim erat ad sepulcrum; quod
dictum etiam sit pro sequentibus nu-
meris.)

40. Pii II. Pontificis tumulus est;
cujus ornamenta marmorea in cele-
brem Ecclesiam S. Andreae de Valle B
translata fuere.

41. Pii III. Sum. Pont. itidem sar-
cophagus, cujus ornamenta etiam in
eandem Ecclesiam S. Andreae fuerunt
translata.

42. Nicolai V. marmoreum sepul-
crum est, cum ipsius Pontificis effigie.

43. Tumulus etiam marmoreus
cum effigie Pauli II.

44. Iulii II. & Nicolai III. sepul-
cra hæc sunt, quorum etiam imagines
cælatae cernuntur, C

45. Scala est, per quam ad Palatium
Vaticanum ascenditur, & per quam
Pontifices in Vaticano habitantes, ora-
tionis causâ ad Confessionem B. Petri
secretè accedere volentes, descende-
bant, quam antiquam Summorum,
Pontificum devotionem nostris tem-
poribus imitatus est S. Mem. Clemens
IX. cujus anima in æterna benedictio-
ne sit.

46. Sepulcrum, ad aliorum for-
mam, Urbani VI.

47. Sequitur aliud sepulcrum In-
nocentii VII.

48. Itidem Marcelli II.

49. Innocentii IX.

50. Cardinalis Fonsecae.

Ardicini 51. ~~Hadriani~~ Cardinalis De la Por-
ta Senioris.

52. Cardinalis Berardi Heruli.

53. Diversa alia sepulcra.

54. Sepulcrum Ardicini Cardinalis
De la Porta Junioris.

55. Imago S. Pauli Apostoli musivo
opere elaborata, quæ olim extabat
in Tribuna ab Innocentio III. restaura-
ta, & postmodum à Sixto V. demolita.

56. Marmorea simulacra B. V. Ma-
riam, ac SS. Apostolos Petrum, & Pau-
lum, necnon ad eorum pedes Nico-
laum III. & Gaetanum Cardinalem
Ursinum genuflexos repræsentantia.

57. Magna imago est B. Trinitatis,
anaglyphico opere, marmore inscul-
pta.

58. 59. Duæ marmoreæ statuæ,
eâdem formâ elaboratæ, SS. Apostolos
Petrum, & Paulum repræsentantes,
quæ olim stabant ad sepulcrum Berar-
di Cardinalis Heruli.

60. Itidem prope relatas imagines
sequitur alia, similiter in marmore, &
eâdem formâ sculpta, quæ olim erat in
sepulcro Pauli II. Sum. Pont. Evæ crea-
tionem è costa Adam denotans.

61. Aliud simile ornamentum,
quod erat in eodem sepulcro, visitur in
illo arbor cum serpente, qui Evæ, &
Adæ insidiatur.

62. 63. Sunt itidem alia marmo-
rea ornamenta, quæ olim posita erant
ad præfati Pauli II. & Calixti III. sepul-
cra, ac super illis imago B. Virginis
Mariæ musivo opere expressa, quæ olim
erat ad sepulcrum Joannis VII.

64. Magnus est lapis, anaglyphicis
operibus totus elaboratus, quæ Cruci-
fixionem S. Petri repræsentant.

65. Prænobilis, ac miræ cælaturæ
marmoreus sarcophagus Junii Bassi
Urbis Præfetti, in cujus superiori lim-
bo hæc leguntur.

Junius Bassus V. C. qui vixit annis XLII. men. II. in ipsa Prefectura Urbis Neofitus iit ad Deum VIII. Kal. Sept. Eusebio, et Ipatio Cofs.

Vixit Junius sub Pontifice Liberio, obiitque anno Christi 359. cujus sarcophagi exemplar habes apud Aringum in sua Roma Subterranea lib. 2. cap. 10.

66. Alia marmorea tabula eadem formâ elaborata, quæ S. Pauli Decollationem significat.

Hæc breviter de nonnullis antiquis memoriis, quæ in hisce Vaticanis Cryptis adhuc servantur, indicanda duximus, cum plura de illis copioso calamo tractaverit præcitatus Franciscus Maria Turrigius Romanus in suis Sacris Cryptis Vaticanis, vernaculo idioma te descriptis, & præsertim in secunda editione, quæ fuit Romæ apud Vitalem Mascardi 1639.

C A P U T V.

De Basilica S. Pauli.

BASILICIS superioribus descriptis, accedit alia Doctoris Gentium in Ostiensi via, milliare, & ultra ab Urbe diffita, de qua in Libro Pontificali, ac B. Silvestri vita hæc habentur: *Eodem tempore fecit Augustus Constantinus Basilicam B. Paulo Apostolo ex suggestione Silvestri Episcopi. Cujus corpus sanctum ita recondidit in gre, et conclusit, sicut et Beati Petri, Constantinus Augustus, cui Basilicæ donum hoc obtulit, sub Tarso Ciliciæ in Insula Cordionis, præstans solidos octingentos. Omnia enim vasa sacrata aurea, argentea, aut grea ita posuit, sicut et in Basilicam Sancti Petri Apostoli, ita et B. Pauli*

Apostoli ordinavit. Sed et crucem auream super locum B. Pauli Apostoli posuit pēsā. libras centum et quinquaginta. Sub civitate Tyria possessio comitum præstans solidos quingentos et quinquaginta. Possessio Timia præstans solidos ducentos et quinquaginta. Possessio Fro-nimusa præstans solidos septingentos, oleū nardinum libras septuaginta, aromata libr. quinquaginta. Cassia libr. centum. Sub civitate Ægypti possessio Cyrias præstans solidos septingentos et decem, oleum nardinum libr. septuaginta, balsamum, lib. triginta, aromata lib. septuaginta, storace lib. triginta, stacten lib. centum et quinquaginta. Possessio Basilea præstans solidos quingentos et quinquaginta. Aromata lib. quinquaginta, oleum nardinum libras sexaginta, balsamum, lib. viginti, crocos libr. septuaginta. Possessio Insula Machabeo præstans solidos quingentos et decem, papyrus mundum racanas quingentas, linum saccos trecentos.

Ex relatis magni illius Cæsaris curâ deducitur, magnificis fabricis, aliisque ad cultum Divinum necessariis, Christianam ubiq; floruisse religionem.

At cum nihil sit sub sole permanens, ut mortalium omnium sapientissimus Salomon dixit; ita hæc nostra Basilica non diu in eodem mansit statu, in quo Augustus noster eam construxit, cum in ampliorem, splendidiorumque formam, prout ad præsens visitur, à Valentiniano, Theodosio, & Arcadio AAA. Constantini successoribus fuerit redacta, de cujus constructione, eorundem Cæsarum à Cl. V. Cardinali Baronio ad annum 386. num. 29. ad Sallustium Urbis Præfectum refertur Epistola, quæ cum lectione digna videatur, illius tenorē hîc subijcimus.

Valentinianus, Theodosius, & Arcadius AAA. Sallustio Urbis Præfecto.

Desiderantibus Nobis contemplatione venerationis, antiquitus jam sacram Basilicam Pauli Apostoli, pro sanctimonia religionis ornare, pro quantitate Conventus amplificare, & pro studio devotionis attollere; gratum fuit tuæ sublimitatis officium, quod ad inspicienda universa, ut res exigebat, detulisti, & omnem situm, locorumque faciem sermonis congrui diligentiam nostræ Serenitatis auribus intimasti. Instructiones enim nos jubere decuit, quæ jubenda sunt. Quare participato examine cum venerabili Sacerdote, intimatisque omnibus, & magnificentissimo ordini, & Christiano populo, quæ jubemus; sublimitas tua rem diligentiori tractatu, & plenâ rerum inspectione, discutiat; ac si placuerit tam populo, quam Senatui, iter vetus, quod Basilicæ præterit dorsum, quodque ripæ Tiberis amnis adjacet, innovari, ita ut præsens via spatio futuri operis applicetur: eatenus per Architectos future Basilicæ dirige formam, quatenus se planities extructioni amica protulerit, ne ulla inæqualitas splendorem fabricæ amplificentioris sublimet. Sic quidem in omnium mœnium facie decor summus est, quem servari oportere prima statim, fronte magnarum adificationum demonstrat intentio.

Qualis autem hujus Basilicæ hodierna sit forma, Tabula Ichnographica, & Orthographica in cap. I. part. I. nostri operis veterum Monumentorum satis ostendunt. Cæterum de hac eadem Basilica nonnulla alia scripsimus in eodem opere de veter. Monim. dict. part. I. in cap. II. IV. IX. & XXIV.

Aquare si piam, ac devotam legentium curiositatem non expleat, sufficiant saltem ad indicandum inter sacra ædificia à Magno Constantino constructa numerandam esse.

Unum tamen hîc prætereundum, non est, B. Gregorium Magnum huic Ecclesiæ, quemadmodum illi D. Petri donaria pro fervendis luminariis obtulisse, quæ donatio lapidi incisa, & in porticu olim S. Pauli ad parietem, affixa, nunc autem ante majus altare translata, prope alteram ex duabus columnis, quæ primarium fulciunt arcum à dextera parte collocata fuit, cujus tenorem hîc subijcimus.

Anno Christi 604.

Gregorius Episc. Servus Servorum Dei. Felici Subdiac. & Rectori Patrimonii Appiæ. Licet omnia, quæ hæc Apostolica habet Ecclesia Beatorum Petri, ac Pauli, quorum honore, & beneficiis acquisita sunt, Deo sint auctore communia. Esse tamen debet in administratione actionum diversitas personarum, ut in adsignatis cuique rebus cura adhiberi possit impensior. Cum igitur pro Ecclesia B. Pauli Apostoli sollicitudo nos debita commoneret, ne minus illic habere luminaria isdem Præco Fidei cerneatur, qui totum mundum lumine prædicationis implevit, & valde incongruum, ac esse durissimum videretur, ut illa ei specialiter possessio non serviret, in qua palmam sumens Martyrii, capite est truncatus, ut viveret, utile judicavimus eandem Massam, quæ Aqua Salvias nuncupatur, cum omnibus fundis suis, id est Cella vinaria Antoniana, Villa pertusa Bifurco, Priminiano, Cassiano, Silonis, Corneli tessellata, atque Corneliano, cum omni jure instructo, instrumentoque suo, & omnibus gene-

raliter ad eam pertinentibus cum Chri- A
 sti gratia luminaribus deputare, adji-
 cientes etiam eidem cessione hortos duo
 positos inter Tiberim, & Porticus ipsius
 Ecclesie, euntibus à porta Civitatis par-
 te dexterâ, quos dividit fluvius Almon
 inter ad fines horti Monasterii Sancti
 Stephani, quod est Ancillarum Domini,
 positum ad Sanctum Paulum, & ad fi-
 nes possessionis Pisinian. simul & terru-
 las quæ vocantur Fossa latronis positas. B
 Idem juxta eandem porticum, euntibus
 similiter à porta parte sinistrâ, ubi nunc
 vineæ factæ sunt, quæ terrulæ coherēt ab
 uno latere possessioni Eugenitis quondam
 Scholastici, & ab alia parte possessioni
 Monast. Sancti Aristi, quæ omnia quo-
 niam Domino adjuvante per antedictæ
 Ecclesie Præpositos, qui per tempora fue-
 rint à presenti septima indictione volu-
 mus ordinari, & quidquid exinde ac-
 cesserit luminaribus ejus impendi, atque C
 ipsos exinde ponere rationes; idcirco ex-
 perientie tue præcipimus, ut suprascri-
 ptam Massam Aquas Salvias cum præ-
 nominatis omnibus fundis suis, necnon
 hortus, atque terrulas, quæ superius con-
 tinentur, de brevibus suis delere debeat,
 ac auferre, & cuncta ad nomen prædi-
 ctæ Ecclesie Beati Pauli Apostoli trade-
 dere, quatenus servientes sibi Præpositi
 omni post hoc carentes excusatione de- D
 luminaribus ejus ita sine nostra stu-
 deant sollicitudine cogitare, ut nullus
 illic unquam neglectus possit existere;
 facta verò suprascriptarum omnium re-
 rum traditione, volumus ut hoc præce-
 ptum in scrinio Ecclesie nostræ experien-
 tia tua restituat. Bene vale. Dat. V III.
 Kal. Februarias, Imp. D. N. N. Phoca
 PP. Aug. Anno secundo, & Consulatus
 ejus anno primo, Ind. septima.

C A P V T VI.

De Ecclesia S. Laurentii in Agro Vera-
 no extra moenia Urbis.

Q UOD inter Constantinianas Ba-
 silicas hæc quoque annume-
 randa sit minimè est ambi-
 gendum, cum in Pontificali libro, Bea-
 tique Silvestri vita legatur: Eodem
 tempore Constantinus Augustus fecit
 Basilicam B. Laurentio Martyri viâ
 Tiburtinâ in Agrum Veranum supra
 Arenarium Cryptæ, & usque ad corpus
 B. Laurentii Martyris, in qua fecit
 gradum ascensionis, & descensionis: in
 quo loco construxit absidam, & exor-
 navit marmoribus porphyreticis, & de-
 super locum clausit de argento, & can-
 cellos ex argento purissimo ornavit, qui
 pensant libras mille, & ante ipsum lo-
 cum in Crypta posuit lucernam ex auro
 purissimo lichnorum decem pensantem,
 libras triginta, coronam argenteam cum
 delphinis quinquaginta pensantem li-
 bras triginta. Candelabra ærea duo in
 pedibus denis pensantia sing. libras tre-
 centas. Ante corpus B. Laurentii Mar-
 tyris argento clusam passionem ipsius si-
 gillis ornatam cum lucernis byssinis ar-
 genteis pensantes singulas libras quinde-
 cim. Donum quod obtulit. Patenam
 auream pensantem libras viginti, pate-
 nas argenteas duas pensantes singula li-
 bras 30. Scyphum ex auro purissimo
 pensantem lib. 15. scyphos argenteos duos
 pensantes sing. libras decem, Calices mi-
 nisteriales argenteos decem pensantes sin-
 gul. libras viginti, Amas argenteas duas
 pensantes libras 10. phara argentea tri-
 ginta pensantia singula libras 15. Me-
 tretum ex auro pensans libras centum.
 quin-

quingenta portantem medemnas tres. In eodem loco possessio cuiusdam Cyriaceti religiosæ fœminæ, quam Fiscus occupaverat tempore persecutionis, Verarium fundum præstat solidos centum quadraginta. Possessio Aqua Turia ad latus præstans solidos centum quingenta tres, possessio Augusti territorio Sabinensi præstans nomine Christianorum solidos 120. Possessio Sufuratarum præstans solidos sexaginta sex. Possessio Micinas Augusti præstans solidos centum quingenta, possessio Thermulas præstans solidos sexaginta. Possessio Aranas præstans solidos septuaginta. Possessio Septimiti præstans solidos centum triginta.

Suadente igitur S. Silvestro Basilicam hanc Constantinum ædificasse Panvinius, & alii existimant. In dubium tamen hoc revocari potest ex allatis à Bonino Mombritio de Vitis Sanctorum; is enim in Passione S. Gallicani narrat, sanctum hunc Romani exercitus Ducem de Persis triumphasse, cumque Romam rediisset, ob partam victoriam à Constantino filiam ejus Constantiam in uxorem postulasse, quæ jam, conscio patre, Deo, servandæ Virginitatis emiserat votum. Verumtamen Constantinus tanto Duci eam denegare dubius, ideo invito animo concessit. Deus autem sibi desponsatam Virginem eripi haud patiens, expetitas à Gallicano nuptias, in cœlestium rerum desiderium commutavit, adeò ut ipse Gallicanus Martyrium pro Christi fide, renunciato thalamo, constantissimè tulerit, antequam autem Martyrii palmam esset adeptus, S. Laurentius per visum eundem Gallicanum hortatus fuit, ut sibi erigeret Ecclesiam extra portam, quæ nunc ab

ea Basilica, S. Laurentii appellatur. Ex hujusmodi relatis argui posse autumo, non Silvestrum, sed Gallicanum Basilicæ hujus ædificationem Constantino persuasisse; si tamen integra præfatis actis Martyrum fides præstanda sit, cum Baronius ad annum 330. num. 51. de iisdem sic scribat: Scimus tamen his de Gallicano adversari nonnullis, quò minus ad perfectos, & undique absolutos veritatis numeros ejusmodi in omnibus rebus reduci possit Historia. Ut sit, ab isto Imperatore constructa fuit, postea verò à diversis Romanis Pontificibus ornata, restaurataque. Nam Xystus III. ut habetur in eodem libro Pontificali: Fecit Xystus Episcopus Confessionem Beati Laurentii Martyris, cum columnis porphyreticis, & ornavit transfennam (alii legunt suggestum) & altare, & Confessionem S. Martyris Laurentii de argento purissimo. Fecit altare pensan. libras quingenta, Cancellos argenteos supra Platonias porphyreticas pensan. libras trecentas. Absidam super Cancellos cum statua B. Laurentii Martyris argentea pensan. libras ducentas. Fecit autem Basilicam B. Laurentio, quod & Valentinianus Augustus concessit, ubi & obtulit dona hæc: Patenas argenteas, &c. Cum autem iste Pontificalis libri locus, nempe: Fecit autem Basilicam B. Laurentio, quod & Valentinianus Augustus concessit; obscurior sit, ea vox concessit perpendenda est, atque sic intelligi posse judico.

Constantinus Imperator cum quamplures ædificasset Ecclesias, easdem ejus successores, utpote ab Imperatore fundatas, veluti proprias vendicârunt, adeò ut nullus absque accepta ab Imperatore facultate, in illis aliquid innovare

novare auderet. Idipsum nostro ævo A
in Ecclesiis Jurispatronatus observari
animadvertimus, cum ne minimum
quidem in eisdem inſciis Patronis im-
mutari valeat. Igitur cum eadem S.
Laurentii Basilica una ex iis eſſet, quas
Constantinus erexerat, Valentinianus
ejus ſucceſſor Xyſto Pontifici, ut eam
exornaret, conceſſit. Meam hanc con-
jecturam ſequentibus confirmo verſi-
bus à Grutero pag. 1173. num. 1. re-
latis, ex quibus apparet S. Leonem,
Sixti ſucceſſorem curâſſe, ut hæc eadem
Basilica à Galla Placidia Theodoſii ſe-
nioris filia, tanquam Eccleſiæ Domi-
na, in ampliorem, nobilioremque for-
mam (complanato colle, qui eidem
Basilicæ non ſine ruinæ periculo im-
minebat) redigeretur. Carmina hæc
ſunt.

*Gaudet Pontificis ſtudio ſplendere Leo-
nis*

*Placidia pia mens operis decus omne
pater.*

*Demovit Dominus tenebras, ut luce
creata*

*His quondam latebris, ſic modo ful-
gor ineſt.*

*Anguſtos aditus venerabile corpus babe-
bat,*

*Huc, ubi nunc populum largior aura
capit.*

*Eruta planicies patuit ſub monte recifa,
Eſt que remota gravi mole ruina mi-
D
nax.*

Hic verò primi duo verſus notandi
ſunt, qui leguntur etiam in triumphali
arcu S. Pauli, de quibus diximus in
noſtro opere de veter. Monim. part. 1.
cap. 24. Cæterum hæc Basilica brevi
reſtauranda fuit. Nam cum Pelagio II.
Pontifice Longobardi, totâ vaſtatâ Ita-
liâ, Urbem ipſam obſidione preme-

rent, tantæ, tamque aſſiduæ plu-
viæ ceciderunt, ut quamplurimum, ma-
ximarumque ruinarum cauſæ extite-
rint, & penè omnes univerſale dilu-
vium timuerint. Quapropter ipſe Pe-
lagius hanc ædem eiſdem pluviis, aut
re aliâ debilitatam, denuo ædificavit,
ut in ſæpe laudato Pontificali libro, ac
dicti Pelagii II. vita ſcribitur; ibi: *Fe-
cit ſupra corpus B. Laurentii Martyris
Basilicam à fundamento conſtructam,
ac Tabulis argenteis exornavit ſepul-
crum ejus.* Quod infraſcripta carmina
à Grutero pag. 1173. num. 1. relata,
indicare videntur.

*Præſule Pelagio Martyr Laurentius
olim*

*Templa ſibi ſtatuit, tam pretioſa
dari.*

*Mira fides Claudius hoſtiles inferet iras
Pontificem meritis nec celebrâſſe ſuis.*

*C Tu modo Sanctorum cui crescere con-
ſtat honores*

Fac ſub pace coli tecta dicata tibi.

*Martyrium flammis olim Levita ſub-
iſti*

*Jure tuis templis lex veneranda re-
dit.*

In quorum carminum poſtremo vox
illa lex expungenda videtur, ac lux re-
ponenda, ut in Muſivo habetur opere.

Ex ea verò libri Pontificalis enarra-
tione Panvinius, alique recentiores,
qui eum ſequentur, Eccleſiam hanc
primùm à Pelagio ædificatam putâ-
runt; at id in dubium revocari poteſt,
nempe, an ipſe Pelagius ex integro no-
vam Eccleſiam, vel tantùm altare ma-
jus, ſive, ut Antiqui vocabant, Con-
feſſionem extruxerit, Muſivoque ope-
re triumphalem ornaverit arcum. An-
ſam dubitandi præbet S. Gregorius
lib. 3. epiſt. 30. ad Conſtantinam Au-
guſtam

gustam, ubi sic: *Sanctę memorię De-
cessor meus* (id est Pelagius) *ad corpus
S. Laurentii Martyris quędam melio-
rare desiderans, etc.* Dixit, *quędam me-
liorare*, non verò *de novo construere*,
ac proinde de simplici tantum ornatu
intellexisse videtur. Quidquid autem
de Pelagiana fuerit restauratione, nihil
aliud in præsentia reliquum est, præter
Musivi operis partem in dicto Arcu
triumphali, qui si non tantę amplitu-
dinis, ejus saltē formę erat, ac arcus
major ab eadem Galla Placidia in Ec-
clesia S. Pauli extructus.

Pluries ego hanc Basilicam S. Lau-
rentii pro restaurationibus, sive novis
ædificiis distinguendis adivi, sed ultra
fidem difficilem hanc Provinciam ex-
pertus sum; nihilominus quę obser-
vavi, quidve ipse existimo adjiciam,
tuoque, lector, submittam iudicio.

Autumo igitur Basilicam hanc, ut
alię ab eodem Constantino ædificatę
Crucis formam habuisse, scilicet, ut
pars major Crucis, sive navis major
denominetur, Orientem, brachia verò,
sive navis transversa Septemtrionem
respicerent, ac ipsa brachia eo sita fuis-
se loco, ubi nunc ex una Secretarii por-
ta, ex altera verò partibus descensus ad
Catacumbas cernuntur.

Quanta autem arcus magnitudo
fuerit, ex duobus supra relatis postre-
mis carminibus elicitur, nempe:

*Martyrium flammis olim Levita sub-
isti,*

*Jure tuis templis lux veneranda
redit.*

Quę carmina in triumphali arcu sub
eodem Musivo opere leguntur: non-
nullę tamen voces desunt, cum mu-
rus sit recisus, & verbum *Levita* du-
plici V. expressum sit, utpote etiam lo-

co verbi *lex est lux*, & verbum *vene-
randa* incipit litera B. quę apud Ve-
teres aliquando in usu fuit, ut ex variis
inscriptionibus apud Gruterum colli-
gitur, demonstratque Dausquius in
sua Orthographia sect. 4. Disjecti au-
tem, & recisi pars quanta sit ex ipsis,
quę desunt vocibus, deprehenditur, ac
ut facilius id argui valeat, literas, quę
desunt minusculis, quę verò super-
sunt majusculis expressimus, scilicet:

MARTYRIUM FLAMMIS OLIM LEVVITA
SVBISTI

JVRE TVIS TEMPLIS LVX BE-
NERANDA REDIT.

Quare si numerentur literę, quę ex
utraque arcus parte desiciunt, chara-
ctereque majusculo represententur, fe-
rè dimidium arcus deficere reperie-
mus, cum literę in totum sint 66. exa-
rata voce Levvita cum duplici V. quę

desunt literę triginta sunt; quibus à
66. detractis, ea quę remanent sunt
36. adeoque paulò medietatem arcus
excedunt, alterã ferè medietate disje-
ctã: hinc arcus latitudinem, ac per
consequens longitudinem Ecclesię,
quę excedebat partem illam, hodiernum
Presbyterium constituentem. Si-
mile habemus exemplum in Ecclesia
SS. Cosmę, & Damiani, ubi etiam ar-
cus coarctatus est, atque ideo etiam to-
ta Ecclesia, quod ex Musivo, & fene-
stris deducitur, quę in facie ejusdem
Ecclesię sunt, ut in ipsius descriptione
in secunda nostra Musivorum operum
parte dicturi sumus.

Quare ex ipsius arcus S. Laurentii
restrictione, carminumque mutilatio-
ne, validissimũ elicitur argumentum,
Ecclesiam hanc arctiorem fuisse illã,
quam Constantinus fundaverat, re-
stauravitque Galla Placidia, & cum
eodem

eodem in arcu duę conspiciantur fenestras, quę musivum mutilarunt opus, ejusdemque magnitudinis, ac alię laterales appareant, etiam conjici valet eodem tempore, quo laterales fuere constructę, edificatas fuisse, atque ideo Constantini ęvo posteriores, cüm admodum parvę sint, ut demonstravimus eodem in opere de veter. Monim. part. 1. cap. 9. Pręterea cüm musivum opus absidam respiciat, ideo ante illius majorem fuisse januam arguitur, ut omnibus in Basilicis observari potest, ubi statim ingredientibus musiva opera spectanda se prębent. Si igitur janua in arcus conspectu erat, Presbyterii constructio, quę nunc visitur, Pelagii minimę est, cüm ante pręfatum arcum absis sit, atque ideo januam à tergo absidis fuisse prorsus inverisimile est. Item collaterales muri alternato ordine constructi sunt, unus quidem è trophis, alter verò è lateribus, ac proinde Constantino, & Pelagio posteriora tempora redolent. Item murus post absidam tumultuariò constructus è diversa materia constat, unde collateralibus muris posterior censendus est, ex conjecturis per nos in eodem opere de veter. Monim. part. 1. cap. 8. allegatis. Ex dictis igitur jure concludi posse arbitror, totum eum ambitum, in quo Presbyterium est, elegantissimis columnis, capitulis Corinthiis miri operis, zophoris, & epistylis, ac circumquaque lapideis sedilibus conspicuum, non à Pelagio, sed ab Hadriano I. fuisse constructum, qui egregius Pontifex ad Urbis ædificia restauranda summopere additus, etiam istius Ecclesię aspectum ex Oriente in Occidentem vertit, ac in eo loco majorem collocavit januam, scilicet in medio, ubi ad prę-

A sens cernuntur ambones. Quod Hadrianus Basilicam in hanc redegerit formam ex laudato Pontificali libro deducitur, ubi: *Hic almificus Pater* (nempe Hadrianus) *eandem Basilicam S. Laurentii Martyris, ubi suum corpus requiescit, annexum Basilicę MAJORI, quę dudum idem Pręsul construxerat, ultro, citroque à novo restauravit.*

B His Pontificibus Honorius III. successit, qui Basilicam hanc non solum restauravit, verum etiam ampliavit, cüm amplificationem, seu novam constructionem à triumphali arcu coeperit, & ædificium versùs Urbem, videlicet Occidentem intenderit in tres distinctum naves, quę mirę magnitudinis, sed inæqualibus columnis hinc inde fulciuntur. Nostrę huic conjecturę novam addimus, nempe ex ipsius Ecclesię dimensione, nam antiqua Hadriani ab arcu usque ad parietem, retro Cathedram Episcopale est longitudinis palmorum 132. ejus latitudo palm. 93. Recentior verò Honorii ab arcu usque ad januam est longitudinis palm. 189. latitudinis verò 98. Insuper fenestrę, quę hac in nova Honorii structura antiquioribus arctiores sunt, ac muri lateritiü post salutis annum millesimum tempus olent.

C Sub arcu triumphali Cappella, sive D ut olim denominabatur B. Laurentii Confessio sita est, ubi ejusdem, unä cum illo B. Stephani corpus marmoreä arcä ferreis virgis circumdatä inclusum jacet. Octo ad eum gradus descensum præstant; duodecim columnę elevat fornicem, quarum quatuor anteriores ex marmore viridi, reliquę ex pario sunt, indicantque non eas esse, quas inibi laudatus Xystus Pontifex

apposuit, cum illæ porphyreticæ fuerint. Ad altaris dexteram in eadem Confessione, ac pariete, veluti parva, est fenestra, tribus circiter palmis lata, duobus alta, totidemque intra murum porrecta. Super hanc marmor ejusdem magnitudinis tessellato opere elaboratum cernitur, in cujus summitate, sive in superiori zophoro duo, in inferiori verò parte quatuor leguntur carmina, quorum characteres Honorii tempora redolent. Cl. V. Panvinius, alique Scriptores hæc carmina omittis duobus superioribus referunt, at mendosa; ideo integra, puraque exhibeo.

*Jam licet officio sit te præstantior Aræ,
Tu tamē es cratis celsior ignibus hoc.
Et quamvis mage tu tamen extitit ille
perustus,*

*Ussit te crates, ussit & alma fides.
Quæ fervore pari Justinii pectus adussit,
Cujus in hoc sacro membra manent
loculo.*

Quibus versibus S. Justinii Presbyteri, & Martyris sepulcrum ibi esse docemur.

Vt autem ipse oculus aliqua ex his quæ dicimus pro captu teneat, ut instituti, atque propositi nostri est, hujus Basilicæ Tabulam ichnographicam referimus sub nu. XXVI. In hac igitur A. B. ultimam constructionem denotant ab Honorio III. factam; C. D. veterem arcum triumphalem, in quo è posteriori parte, quæ respicit literam E. adest musivum opus Pelagii, E. F. G. antiquiorem Ecclesiam, ubi nunc est cathedra marmorea Episcopalis, ac circumquaque sedilia lapidea. H. aram maximam, quæ Confessionem imminet. I. descensum ad Confessionem, ubi Beatorum Laurentii, & Hippolyti corpora jacent. K. ambonem pro le-

ctione Evangelii. L. ambonem pro lectione Epistolæ. Lectorem hic admonitum volo aræ laminæ Incisorem ordinem, sive loca ambonum pervertisse. Hos ambones in majori forma retulimus in nostro opere vet. Monim. part. 1. cap. 2. Hæc breviter de tanta Basilica indicasse sit satis, & ad alias describendas sermonem convertamus.

CAPUT VII.


De Sessoriana Basilica, sive Ecclesia S. Crucis in Hierusalem.

IN Exquiliis, ac Sessoriano Palatio noster Imperator Constantinus aliam ædificavit Basilicam, cui ab eodem Palatio Sessorianæ nomen inditum fuit. De hac in Pontificali libro ex sepe citata Sylvestri vita sic legitur; *Eodem tempore fecit Constantinus Augustus Basilicam in Palatio Sessoriano, ubi etiam de ligno Sanctæ Crucis D. N. Jesu Christi posuit, & auro, & gemmis conclusit, ubi etiam & nomen Ecclesiæ dedicavit, quæ cognominatur usque in hodiernum diem Hierusalem, &c.* Hæc Basilica adhuc integra cernitur. Qualis autem sit ejus amplitudo, & structura Tabulæ Ichnographica, & Orthographica sub num. IV. & V. cap. 2. nostri operis veter. Monim. part. 1. ubi fusiùs explicantur, sat docent.

Verum quæ Constantino Basilicæ hujusce extruendæ causa fuerit, quæ decet brevitate, ex Eusebio notitias desumendo enarrabimus. Cum Religiosissimus iste Imperator adversus Maxentium Tyrannum, qui Romanæ Urbis imperium vi occupaverat, bellum instrueret, Patris sui Constantis Imperatoris exemplo motus, quem Chri-

Christianorum studiosum fuisse constat, indulgentiorem Christianæ Religioni se præbuit. Cùm enim in hujusmodi gravissimi belli cura Imperator versaretur, reputaretque majori sibi præsidio, quàm armatorum militum ad eam expeditionem faustè conficiendam opus esse, animo secum, volvebat, cujusnam sub numinis auspicio bellum gessurus esset; an scilicet Deos Romanorum, vel Christianorum Deum invocaret, quem à Patre suo Constantio Cæsare cultum animadverterat? Quamobrem præcedentium Imperatorum exempla figillatim examinabat, quorum cùm aliquos Diis suis fretos, alios divinationibus, & oraculis res prosperas pollicentibus, pessimum rerum, vitæque finem sortitos fuisse cognosceret, Deum Christianorum, quem Constantius Pater Imperii custodem, ac felicitatum omnium Augustorem expertus fuerat, jam tum colere secum constituit. Statim igitur fufis precibus Deum enixè rogavit, ut periclitantis Imperii rebus dexterè occurreret, tantique negotii molem tuendâ, prosperandamque susciperet. Hæc autem oranti, flagitantique, visio quædam divina, & in primis admirabilis apparuit; nam die quadam paulò post meridiem sole jam declinante, dum anxie multa secum de imminenti belli necessitate revolvens sæpius ad cælum oculos elevaret, inde auxilium petens, vidisse se, totumque exercitum, fastus fuit in cælo Sanctissimæ Crucis signum Sole ipso, cui imminabat splendidiùs, inscriptumque hisce verbis, EN ΤΟΥΤΟ ΝΙΚΑ scilicet: *In hoc vince*; quo prodigio attonitum, deque eo plurima in animo volutantem nox oppressit, in qua eidem dormienti

A Christus unà cum Crucis symbolo, quod in cælo viderat, apparuit, præcepitque, ut Crucis signo ad illius imitationem, quod in cælo apparuerat, fabricato, eo tamquam præsidio, ubi prælia cum hostibus committeret, uteretur: Paruit illico Constantinus, convocatisque artificibus jussit, ut auro, lapidibusq; pretiosis prædictum exprimerent signum, cujus figuram ipse eos docuit, quam sic fuisse laudatus narrat Eusebius. Hastile oblongum, erectumque auro undique obductum, quod cornu transversum ad formam Crucis constructum, supra infastigio ejus operis corona affixa gemmis, & auro politè circumtexta. In ea salutaris appellationis Salvatoris nota inscripta duobus solùm expressa elementis, idest duabus primis literis Græcis nominis Christi, erat P. in medio literæ X. curiosè, & subtiliter

inserta, hac forma . quæ Christi nomen compendiosè notat. Ad illius particulæ cornu, quæ in transverso erat per hastile trajecta, velamen quoddam pertenuè appensum, mirabili texturâ affixit, quod Crucis mensuram, exequavit. Sub ipsius Crucis insigne discurrentis velaminis fimbrias auream ipsius Imperatoris, ac liberorum suorum effigiem ad pectus usque concinnè descriptam apposuit. Hoc autem salutari signo, quod Labarum appellatum fuit, perpetuò exercitui præcedente, Italiam alpibus superatis ingressus est, expugnatisq; finitimarum Urbium præsidiis, triplici prælio Maxentii copias fudit, ac universam Italiam pristinae majestati restituit. Cùm verò ad Urbem appropinquasset, in Pratis Quintiis juxta Pontem Milvium castrame-

strametatus est, commissoque cum Maxentio certamine, eoque cum equo in Tyberim lapsò è quodam ponte, quem dissutilibus, lintribus, tabulisque dolosè in hostes fabricaverat, salutaris signi virtute, citra civilem sanguinem, quod semper optaverat, egregiam tulit victoriam. Quamobrem Urbem immanissimâ Tyrannide liberatam triumphans ingressus, faustis acclamationibus Senatus, Populique Romani exceptus fuit. In primisque Deo Liberatori gratias agens, à dextris imaginum, quas ei Senatus triumphales erexerat, atque etiam in medio Urbis supra tropæum, venerabile Crucis signum figi imperavit, in quo hæc erant inscripta.

SALVTARI HOC SIGNO IMPERIVM ROMANVM CVSTODITVR.

Hinc hastam in Crucis signum decussatam imaginis suæ, quæ eo loci, ubi Tyrannus Civium proscriptiones, & cædes imperabat, statuta fuit, manibus aptavit, eidemque elogium hoc addidit.

HOC SALVTARI SIGNO QVOD VERAE VIRTVTIS ARGVMENTVM EST VESTRAM VRBEM TYRANNICAE DOMINATIONIS IVGO LIBERATAM SERVAVI. SENATVI POPVLOQVE ROMANO IN LIBERTATEM ASSERTO PRISTINVM DE CVS NOBILITATIS SPLENDOREM QVE RESTITVI.

Senatus quoque in æternam ejus memoriam eximia structure arcum ad ad Palatini, Cœliique montium radices in Suburra construxit, quod adhuc visitur, eidemque cum hoc elogio dedicavit.

IMP. CAES. FL. CONSTANTINO MAXIMO. P. F. AVGVSTO. S. P. Q. R. QVOD. INSTINCTV. DIVINITATIS. MENTIS. MAGNITVDINE. CVM EXERCITV. SVO TAM DE TYRANNO. QVAM. DE OMNI. EIVS. FACTIONE. VNO. TEMPORE. IVSTIS. REMPUBLICAM. VLTVS. EST. ARMIS. ARCVM. TRIUMPHIS. INSIGNEM. DICAVIT.

Intra fornicem à dextris.

LIBERATORI VRBIS.

A sinistris verò.

FVNDATORI QVIETIS.

Hoc autem Crucis miraculo, divinisque visionibus Helena Augusta, ejusdem Constantini Mater commota, Sanctissimæ Crucis lignum apud Hierosolymam quærere secum statuit, quod tandem post aliquod annos reperit, ut narrant Ruffinus lib. 1. cap. 8. Socrates lib. 1. cap. 17. Sozomenus lib. 2. cap. 1. & S. Ambrosius in concione de obitu Theodosii Imperatoris. Quapropter hic ego inventionis illius historiam retexere suspendo; illud unum, quod ad rem est enarrasse contentus, Helenam scilicet Sanctissimæ Crucis repertæ, & ab ipsa tripartitò divisæ, unam partem cum titulo ejusdem Crucis argenteis thecis inclusam in hanc Romanam misisse Urbem, atque in hac Sessoriana Basilica collocari imperasse, quæ eadem de causa à Constantino Magno constructa, & ab ejus Matre quandoque etiam Heleniana appellata fuit, ut in actis Xysti III. Pontificis legitur. Cæterum adhuc hodie tres ipsius Sanctissimæ Crucis particulæ unâ cum titulo, & transversa cruce, seu, ut Eusebius vocat, cornu dextro, & sinistro crucis boni Latronis

in eadem asservantur Basilica. Quoniam verò Tituli Sanctissimæ Crucis meminimus, & in eadem Basilica adhuc servari asseruimus, libet modò referre, quomodo olim deperditus, tandem sub fine XV. sæculi denuo reperi- tus fuerit.

Vivebat tunc bo. me. Petrus Gondisalvus de Mendoza Presbyter Cardinalis Tituli ejusdem Ecclesiæ, qui cum illam vetustate jam fatiscentem videret, ut in primævum splendorem restitueret, ejusdem muros novâ, & tenui calce obduxit, ac dealbavit, nec non interrasile laquearium picturis, aureisq; exornavit lineis. Dum autem hæc à fabricis murariis peragerentur, in summitate majoris arcus, sive triumphalis, disjecto cujusdam parvæ fenestrate muro, ibidem Sacrosanctæ Crucis Titulus repertus fuit. Tota facti series à Stephano Infessura, quem penès me in meo librorum cimelio Ms. asservo, rerum sui temporis diligenti scriptore, rudi quidem stylo sic enarratur: Die primâ mensis Februarii anno 1492. venerunt nova de partibus Africanis, dictumque fuit, qualiter Rex Hispaniæ habuerit victoriam de Granata, ipsamque coepit, & dominatus est, & eam fuisse captam pactis omnibus, & foederibus. Nam jam diu ante oppresserat eam, quibus autem pactationibus, non bene scitur apud nos.

Eadem die miraculum in Urbe fuit. Nam cum D. Petrus Gondisalvus de Mendoza, ut dicitur, suâ impensâ faceret incrustare, & dealbare Ecclesiam prædictam, quando Operarii tetigerunt summitatem arcus, existentis in medio Ecclesiæ juxta tectum, ubi adhuc sunt duæ parvæ columnæ, sentierunt ibi certum vacuum, cumque aperuissent, in-

A venerunt unam parvam fenestram, in qua erat una capsula plumbea duorum palmorum, bene clausa, & super eam erat lapis quidam quadrangularis marmoreus, ubi erant sculptæ istæ literæ, videlicet: Hic est Titulus veræ Crucis, in qua capsula reperta fuit quedam Tabula parva longitudinis unius palmi, quæ ab uno latere erat comesa, & vetustate corrosa, ibique erant cavata, & deinde colore rubeo tincta infra scriptæ literæ, sive verba:

HIESVS NAZARENVS REX
IVDÆORVM.

Sed illud Judæorum non erat perfectum, quia illud RVM non nisi ad R. inclusivè remanserat, & illud VM. ceciderat, ut dixi, quia erat Tabula ab ea parte corrosa, & vetustate deficit. & primus versus erat hoc scriptum literis Latinis secundus verò literis Græcis. & tertius literis Hebraicis. Ad quem locum quasi tota Urbs accessit, & Papa Innocentius etiam post triduum vidit eam, jussitque permanere in dicta capsula cum quadam lamina vitrea super altare in festivitate dictæ Ecclesiæ, & est omnium estimatione illa Tabula, quam Pilatus posuit in Cruce super caput Salvatoris Nostri Jesu Christi, posita ibi per Sanctam Helenam Matrem Constantini, tempore, quo fuit dicta Ecclesia fabricata.

D Hæc Infessuræ narratio Musivis literis expressa legitur in Sacello S. Helenæ eadem in Basilica constructo, nempe.

Sacra ulterior Capella dicta Hierusalem, quam Beata Helena Magni Constantini mater Hierosolyma rediens anno Domini CCCXX. Dominici Trophæi insigniis repertis in proprio eam cubiculo erexerit, terræque sanctæ Montis Calvarie navis inde advectâ, supra quam

quam Christi sanguis effusus fuit, Redemptionis humane pretium: cujuscumque vigore in cœlestem Hierusalem, mortalibus aditus patuit: ad primum usque inferiorem fornicem repleverit: ex quo Sacellum ipsum, & tota Basilica, ac universa Urbs secunda Hierusalem, meruit appellari: apud quam & Dominus ad illius robur fidei in Petro iterum crucifigi voluit: ubique unius Dei veneratio, ac fides indeficiens: & Domini precibus, & Petri favore ad ultimum usque Domini judicantis adventum in Urbe sublimi, & valente, ac inde veriore Hierusalem creditur permansura.

Hunc ergo locum Regina ipsa multis Christi, & Sanctorum reliquiis ornavit, & à Beato Sylvestro 13. Kal. Aprilis cum multiplici peccatorum venientibus indulgentia consecrari obtinuit. Inde centum ferme labentibus annis Valentinianus II. Imperator, filius Constantii Cæsaris, Archadii, & Honorii Imperatorum Nepos ex Sorore Galla filia Magni Theodosii Hispani, in solutionem voti sui, ac Matris Placidie, & Honorie sororis opere vermiculato eam exornavit. Inde quasi MC. annis evolutis Titulus vere Crucis ab Helena Romam delatus, qui supra arcum majorem istius Basilicæ in parva fenestra, plumbea theca, muro lateritio clausus tandiu latuerat: musivis tamen literis ab extra id referentibus, quod illic Titulus staret, quæ jam literæ præ vetustate vix legi poterant. Sedente Innocentio VIII. pontificis. Pontifice anno Domini MCCCCXCII. Pontificatus sui anno VIII. cum ho. me. R. D. Petrus Gundisalvi de Mendoza nobiliss. Cardinalis S. Crucis in Hierusalem Toletan. Primas, tectum Basilicæ istius, & musivas illas literas fenestræ reparari faceret, Fa-

bris bitumen, quo literæ figebantur, indiscretè diruentibus, aperto fenestræ foramine, contra eorum, & Cardinalis beneplacitum, gloriosus Titulus vere Crucis, post tot annos ab Helena, Romæ visibilis apparuit.

Super hujusmodi Tituli inventione recol. mem. Alexander Papa VI. peculiarem edidit Constitutionem, quæ incipit: *Admirabile*; in Bullario, ac in ordine numer. 4. Ubi eodem modo laudati Tituli inventio describitur, cujus occasione omnibus utriusque sexus Christifidelibus verè pœnitentibus, & confessis, qui Ecclesiam præfata ultimâ Dominicâ mensis Januarii cujuslibet anni in ejus rei memoriam, à primis Vesperis usque ad occasum Solis ipsius Dominicæ devotè visitassent, omnium peccatorum suorum veniam concessit, & elargitus fuit.

Non abs re etiam erit antiquissimi ritus Auream benedicendi Rosam mentionem facere, qui hac in Basilica quartâ Dominicâ Quadragesimæ celebrari mos fuit; quâ die in eadem habetur Statio. Hujusmodi benedictionis cæremoniam eruditissimus Vir Carolus Cartarius amicus noster, RR. DD. Advocatorum Consistorialium dignissimus Decanus, atque Archivarius Apostolici in Hadriana Arce, sive Castro S. Angeli Custos, describit in suo luculento Tractatu de Rosa Aurea, vernaculo idiomate exarato, eamque desumpsisse fatetur ex Ms. Lonigi, ubi sic: *Quartâ Solis die in Quadragesima, quæ dicebatur Letare, ex eo quia eâ luce Missa incipit per hæc verba: Letare Hierusalem, erat Statio in Ecclesia S. Crucis in Hierusalem, & Camerarius, quem hodie Camerlingum Ecclesie vocitamus,*

citamus, Cardinalitiâ dignitate insignitus, præsentabat Pontifici in Camera Rosam auream balsamo inunctam, muscoque affusam. Hæc camera locus erat in Palatio Apostolico, quò Camerarius, Clericique Camere conveniebant suâ munera acturi. Sum. Pontifex acceptâ Rosâ pretioso indutus Pluviali, Mitràque gemmatâ capiti impositâ solemniter cum omnibus Curie ordinibus, ad Basilicam S. Crucis equitabat, ad quam perventus Missam celebrare solitus erat, prædicans Evangelium; Rosam manu gestans populo ostendebat. Sacris peractis Camauro Pontificio iterum capiti aptato pariter equitabat, Rosam auream manu excipiens usque ad Lateranense Palatium, ubi Præfectus Urbis aderat, præstolans, ut Papæ ex equo descendenti infer viret, in cuius obsequii gratificationem Pontifex Rosam auream illi impartiebatur, qui deosculato sanctissimo pede discedebat.

Hanc Rosam temporis progressu Romani Pontifices ad Imperatores, Reges, aliosque Proceres, & Magnates, quandoque etiam ad insignes Ecclesias dono transmissere, quæ exempla in unum cumulavit idem Cartarius in præcitato Tractatu, ad quem curiosum Lectorem remitto.

Donaria quæ à laudato nostro Imperatore huic Basilicæ facta fuere, ut ex præcitato Pontificali libro colligitur, sequentia sunt.

Candelabra aurea, & argentea ante Lignum Sanctum, lucentia secundum numerum Evangeliorum 4. quæ pensaverunt sing. libr. 30. Pharacantha argentea 50. quæ pensaverunt sing. lib. 15. scyphum aureum purissimum, qui pensavit libras 10. Calices ministeriales aureos 5. pensantes singulos libras singulas.

A Scyphos argenteos tres pensantes libras octo. Calices ministeriales argenteos decem pensantes libras binas, patenam auream pensantem libras decem. Patenam argenteam auro clusam cum gemmis pensantem libras quinquaginta. Ipsum sanctum altare aureum, quod pensat libras ducentas, & quinquaginta. Amas argenteas pensantes libras viginti. Et omnia agrorum circa Palatium Ecclesie dono dedit. Item possessio Sponsas viâ Lavicana præstans solidos ducentos sexaginta & duo. Sub Civitate Laurentium possessio Patras præstans solidos centum & viginti. Sub Civitate Nepefina possessio Anglesis præstans solidos centum quinquaginta. Sub Civitate suprascripta possessio Terega præstans solidos centum quadraginta, sub Civitate suprascripta Falisca possessio Herculis, quæ donata est Augusto Constantino, & Augustus obtulit Ecclesie Hierusalem præstans solidos 140. Item sub Civitate Falisca possessio Nymphas præstans solidos centum & quindecim. Sub Civitate Judæ possessio Angulas præstans solidos 153.

Addere etiam hæc placet novam à nobis de hac Basilica post supradicta exarata factam observationem, nempe quoad antiquam structuram, cum dictæ Basilicæ exteriores partes ab annexis ædificiis minimè visibiles sint, præterquam latus, quod Boream respicit, quodque delineare fecimus, ut in Tab. V. nostri operis de veter. Monumentis part. 1. Hisce non contenti, quadam die rogavimus admodum R. P. D. Julium Lucenti Cisterciensis Ordinis Abbatem, (cœnobium siquidem à Monachis hujus Ordinis habitatur) ut mihi commodum præstaret singulas exteriores ejusdem Basilicæ partes rimandi,

mandi, qui petitioni meæ libenter indulfit, ac intra Monasterii claustra introduxit, idemque latus propterea diligenter observavi, animadvertique arcus, qui superioribus pro fenestris inservientibus subsunt, tumultuario muro, recentis structuræ, fuisse oppletos. Ex hac igitur inspectione animo revolvi vetustum hoc admodum, ac nobile ædificium, antiquarum Basilicarum more, constructum fuisse, ut undique exteriores partes essent perspicuæ, utque exprimitur in numismate Basilicæ Emilicæ, quod in Tab. XXI. fig. 4. ejusdem nostri operis de vet. Mon. part. 1. retulimus. Hoc igitur admisso fatendum est non solum, qui intra Basilicam, verum etiam, qui extra eam, sacra, quæ intus agebantur vidisse. Scio Vitruvium dissimilem, ab hac Fani Fortunæ construxisse Basilicam, nempe undique muro clausam, cujus rudera adhuc inibi extant, quorumque exemplar refert b. m. Daniel Barbarus Patriarcha Aquileien. in suis commentariis ad eundem Vitruvium lib. 5. cap. 1. Quidquid igitur sit de hac Basilicarum differentia, Architecturæ peritis, ac antiquitatum amantibus examinandum relinquimus, cum nobis sufficiat dubitandi ansam præbuisse, ac demonstrasse nos ipsos accuratè omnia observare.

CAPUT VIII.

De Ecclesia SS. Marcellini, & Petri
via Laticana.

AVGUSTAM in construendis Ecclesiis munificentiam, in hac quoque, licet ab Urbe distaret, religiosissimus Imperator noster ostendit.

A Primò ejus fundatio sic in libro Pontificali, ac vita Silvestri Pape describitur: *Eisdem temporibus Augustus Constantinus fecit Basilicam Beatissimis Martyribus Marcellino Presbytero, & Petro Exorcistæ inter duas Lauros, & Mausoleum, ubi Beatissima Mater ipsius sepulta est Helena Augusta in sarcophago porphyretico, viâ Laticanâ milliario ab Urbe Roma tertio. In quo loco, & pro amore Matris suæ, & veneratione Sanctorum posuit dona voti sui.*

B Eorundem Beatorum Martyrum sepulcrum S. Damasus Pontifex, cum adhuc puer esset, ac de eodem certior fuisset factus, à Dorotheo Carnifice, & horum Martyrum interfectore, (qui tamen postea Christi fidem amplexus fuit, eò quòd statim cæorum animas in cælum ascendisse conspexisset) adultus effectus, his versibus exornavit.

Marcelline tuos, pariter Petre nosce, triumphos.

Percussor retulit Damaso mihi cum puer essem,

Hæc sibi Carnificem rabidum mandata dedisse,

Sentibus in mediis vestra ut tunc colla secaret,

Nec tumulum vestrum quisquam cognoscere possit,


Vos alacres, vestris manibus mundasse sepulcra,


D *Candidulo occultè postquam jacuistis in antro.*

Postea commonitam vestrâ pietate Lucillam,

Hic placuisse magis sanctissima condere membra.

Quænam supramemorata fuerit Lucilla in Martyrologio ab Adone relato ad diem secundam Junii narratur: ibi enim legimus Lucillæ, & Firminæ







mandi, qui petitioni meæ libenter indul-
 dulfit, ac intra Monasterii claustra
 introduxit, idemque latus propterea
 diligenter observavi, animadvertique
 arcus, qui superioribus pro fenestris
 inservientibus subsunt, tumultuario
 muro, recentis structuræ, fuisse opple-
 tos, Ex hac igitur inspectione animo
 revolvi vetustum hoc admodum, ac

Primò ejus fundatio sic in libro Ponti-
 ficali, ac vita Silvestri Papæ describitur:
Eisdem temporibus Augustus Constan-
tinus fecit Basilicam Beatissimis Mar-
tyribus Marcellino Presbytero, & Pe-
tro Exorcistæ inter duas Lauros, &
Mausoleum, ubi Beatissima Mater ip-
sus sepulta est Helena Augusta in sarco-
phago porphyretico, viâ Lavicanâ mil-

TAB · XXVII





ro
io
u-
io
r-
r-
t.

ab Urbe milliaro, sepultam fuisse nar-
ratur. Hujus verò Mausolei, sive Ec-
clesiæ SS. Marcellini, & Petri adhuc
extant parietinæ, ut in Tab. XXVII.
lit. A. videre est; lit. B. ipsius Mausolei
Ichnographiam inferiorem, lit. C. supe-
riorem denotant, ubi octo majores cõ-
spiciuntur fenestræ; lit. verò D. partem
interiorem, & exteriorem demonstrat;
EE, atrium Ecclesiæ; F. porticus atrium

gruam me rore puto, si illius referam
exemplar, quod perpulcrum admo-
dum est. Iconem vide in Tab. XXVIII.
Prototypus hodie visitur in Latera-
nensis Ecclesiæ porticu, quæ Orientem
respicit, pluribus locis fractus, atque
dispersus; adeo ut novâ reparatione
indigeat. Nam Lateranensis Ecclesiæ
Canonici Anno 1609. Jacobo Bosio
conservandæ antiquitatis Viro studio-
sissimo adhortante, atque adnitente,



F
I 5 1/2
E

C

A

12

D

8

m
d
in
d
a
in
n
t
r



pag. 223. B

MARCO AVRE
LIO VALERIO
MAXIMILIANO
AVG
PILIARIV

minæ Christianissimis foeminis Beatos Martyres revelasse, ut sua corpora è Silva Nigra, in qua Martyrium perpeffi fuerant, amoverent, ac in inferiorem partem Cryptæ juxta S. Tyburtium deponerent, quod brevi effectum fuit. Unde eadem Basilica Tiburtii nomen etiam accepit, & Silva Nigra, in honorem eorundem Martyrum, Candida in posterum appellata est. Postmodum verò prædicta SS. Martyrum corpora in Gallias translata fuere, ut scribit Sigebertus in Chronico ad annum 826. Aimonius de Gestis Francorum lib. 4. cap. 115: & alii. Cæterum de hac Basilica in vitis Pontificum, ac præsertim in Hadriano I. hæc habentur: *Cimiterium item Beatorum Petri, & Marcellini viâ Lavicana juxta Basilicam B. Helenæ renovavit, & tectum ejus, id est S. Tiburtii, & eorundem SS. Petri, & Marcellini noviter fecit, & gradus ejus, qui descendunt ad eorum sanctissima corpora noviter fecit, quoniam nullus erat jam descensus ad ipsa sancta corpora.* Qua ex autoritate deducitur, eandem Basilicam etiam S. Helenæ nomen acquisivisse. Cur autem illi tale nomen inditum fuerit, ex supracitato libri Pontificalis loco clarissimè apparet, ubi S. Helenam in sarcophago porphiretico, in Mausoleo viâ Lavicanâ, tertio ab Urbe milliario, sepultam fuisse narratur. Hujus verò Mausolei, sive Ecclesiæ SS. Marcellini, & Petri adhuc extant parietinæ, ut in Tab. XXVII. lit. A. videre est; lit. B. ipsius Mausolei Ichnographiam inferiorem, lit. C. superiorem denotant, ubi octo majores cospiciuntur fenestræ; lit. verò D. partem interiorem, & exteriorem demonstrat; EE. atrium Ecclesiæ; F. porticus atrium

A circueuntes; G. atrii ingressum; H. verò columnam milliariam præterito anno 1687. ad jactum lapidis procul à Mausoleo effossam, quam in meo lapidario Museo servo, ubi milliare tertium incisum est: literæ, quæ in ea rudi minerâ insculptæ cernuntur, sic se habent.

IMPC
D.N.M.AVR
VAL. MAXEN
TIO. P. F. PER
PETVO. INVICTO. AVG.
III.

Quæ sic explicantur: *Imperatoris Casari. Domino. Nostro. Marco. Aurelio. Valerio Maxentio. Pio. Felici. Perpetuo. Invicto. Augusto.* Tres verò III. indicant milliarii numerum, nempe tertium. Alia non absimilis columna in eadem Tab. lit. I. signata in eodem meo rerum antiquarum Cimelio itidem aservatur, & viginti ab hinc annis viâ latinâ, ac loco, quod olim denominabatur *lo Spinaceto*, sive S. Andrea, reperta fuit. Columna hæc decimum milliare designat, quoniam in hujusmodi ab Urbe distantia fuit inventa. Numerus in ea desideratur.

At quia meminimus nuper sarcophagi, in quo B. Helenæ corpus reconditum fuisse creditur, non incongruum hinc fore puto, si illius referam exemplar, quod perpulcrum admodum est. Iconem vide in Tab. XXVIII. Prototypus hodie visitur in Lateranensis Ecclesiæ porticu, quæ Orientem respicit, pluribus locis fractus, atque dispersus, adeo ut novâ reparatione indigeat. Nam Lateranensis Ecclesiæ Canonici Anno 1609. Jacobo Bosio conservandæ antiquitatis Viro studiosissimo adhortante, atque adnitente,

hujus sarcophagi fragmentis in unum A nulla penès antiquos Scriptores expressa mentio. Imò in Galliam translatum fuisse, teste Sigiberto, narrat Baronius ad annum 326. num. 62. Laudatus verò Nicephorus in principio seculi XIV. scripsit, ideoque mille annos, & ultra post Helenæ mortem. Socrates etiam lib. 1. cap. 17. verba Eusebii *ὅτι τῷ βασιλεύσαντι πόλιν ἀνεκομίσθητο*; scilicet, *in Regiam Urbem pervectum*, transcribens, ea pro nova Roma, sive Constantinopoli interpretatus est, nam loco earum vocum, *βασιλεύσαντι πόλιν*, quæ Regiam Urbem sonant, posuit, *καὶ τὸ σῶμα αὐτῆς εἰς τὴν βασιλεύσαντι νέαν Ῥώμην διακομίσθη* nempe: *Corpusque ejus novam Romam deportatum*. Hunc Socratis lapsum Valesius in suis annotat. ad cap. 47. lib. 3. Eusebii de vita Constantini notat, ac meritò, inquit, Baronium illum reprehendere; cùm Eusebius Regiæ Urbis nomine, Romam semper designare soleat. Vterius idem subdit Valesius, quòd nondum Constantinopolis erat dedicata, proindeque Vrbs Regia minimè vocari poterat. Socratis opinionem Cedrenus sequutus fuit, qui etiam addit Helenam 12. annis ante Constantinum è vivis abiisse, *καὶ ἀπέθανε ἐν λάρνακι προφραῖ αὐτῆς τε καὶ ἡ μήτηρ αὐτῆς Ἑλένη πρὸς δάσκειαν ἐτῶν τῆς αὐτῆς τελευτῆς ἑποδάνουσα*. Hac ratione Helenam mortuam esse oporteret Anno Christi 325. aut certè 326. quo tamen anno Hierosolymam profecta dicitur ab Eusebio, & Rufino. Etiam addi valet, post Crispi Cæsaris, & Faustæ Augustæ necem Helenam aliquandiu supervixisse, ut Zosimus libro 2. testatur. Porrò Crispus occisus est Constantino Augusto VII. & Constantio Cæsare Coss. anno Christi 326. ut in Fastis Idatii legitur. Mors igitur Helenæ anno Domini

collectis, ac coaptatis, pristinae formæ reddiderunt, ac supra eundem in pariete hanc apposuerunt inscriptionem.
Divæ Helene Augustæ Magni Constantini Matri sepulcralem hanc porphireticam arcam, jam diu ex ipsius Mausoleo viâ Lavicanâ in hanc sacrosanctam Basilicam ab Anastasio Quarto Summo Pontifice ad proprii monumenti usum translata, & injuriâ temporum undique disruptam, ac penitus disjectam, ne tantæ Patronæ de eadem Basilica optimè meritæ, memoria deperiret, Capitulum, & Canonici restituere anno Salutis MDCIX.

Hujus sarcophagi moles non exiguâ admiratione digna videtur, nam ejus facies in longitudine, videlicet ab A. usque ad B. est palmorum 12. Altitudo verò palmorum 6. ut A. C. Laterum latitudo palmorum 8. ut A. D. C operculi altitudo palmi 1. unciarum 5 ½. ut E. F. Reliquum denique operculi ipsius fastigium est palmorum 3. ut F. G.

Inter antiquitatis Amantes, eruditosq; Viros maximum oritur dubium, an sepulcrum hoc illud verè sit, in quo Beatæ Helenæ jacuit corpus, præsertim cùm apud Nicephorum lib. 8. cap. 31. Langeanæ versionis hæc habeantur: *Ingentes quoque ei (videlicet Helenæ) post obitum tributis honores, quales scilicet eam decebant, quæ tam piè, sanctèque vixisset. Extra Urbem Romanam sepulta, in templo rotundo, marmorea urna deposita, atque biennio post unâ cum urna Constantinopolim deportata est. Princeps ipsa in Imperialia monumenta ædis SS. Apostolorum illata, &c.* Attamen de hac B. Helenæ corporis translatione Constantinopolim facta,

327. rectè assignari potest, ut Sigonius sentit lib. 3. de Imperio Occidentali, quod veritati consonum esse videtur, quoniam anno 326. Helena Ecclesiarum adificationi intenta in Oriente degebat. In Occidentem verò anno 327. reversam esse, deducitur libr. 1. cap. 6. de Gloria Martyrum Greg. Turon; qui floruit seculo VI. ibi enim narratur, in mari Adriatico exortam fuisse tempestatem, dum Helena Augusta vehebatur navi, ac ad eam sedandam, Clavo ab ipsa, quo Christus Dominus Cruci fuit affixus, in mare projecto, tumentes æquoris fluctus illico subsedisse. Dicendum itaque reor, cum hæc B. Helenæ translatio corporis controversa sit, antiquæ potiùs traditioni, quàm recenti standum esse, videlicet B. Helenam in Italia obiisse, illiusq; corpus postea Romam delatum, in porphyretica urna, quæ modò visitur, fuisse sepultum. Eito enim præallegata Nicephori narratio vera sit, fortè corpus alia in urnula in hac majori, maximaque, ut mos est, inclusa fuit, quæ Constantinopolim postmodum translata, relicto in Urbe porphyretico sarcophago; multò enim commodiùs hoc cedebat, ob molis gravitatem, præsertim cum marmoribus, & quidem pretiosis indiga Constantinopolis minimè sit, ut Augustum hoc Helenæ monumentum maximo cum incommodo vehi ab Urbe oporteret. Satis de corpore, ac B. Helenæ sepulcro diximus; modò ad nostram Basilicam revertamur.

Hæc laudata Basilica à Magno Constantino donariis ditata fuit, ut ex sæpè citato libro Pontificali, & vita S. Sylvestri elicitor, videlicet: *Patenam ex auro purissimo pensantem libras tri-*

aginta quinque. Candelabra argentea auro clusa quatuor in pedibus 12. pensantia singula libras ducentas. Coronam ex auro purissimo, quæ est pharus cantharus cum delphinis centum & viginti, pensantem libras 30. Calices aureos tres pensantes singuli libras decem, cum gemmis prasinis, & hiacynthinis. Amas aureas duas pensantes singulas libras 11. Altare ex argento purissimo pensans libras 200. Ante sepulcrum Beatæ Helenæ Augustæ fecit ex metallo porphyretico exsculptis sigillis phara canthara viginti ex argento purissimo pensans singula libras viginti. Item in Basilica Sanctorum Petri, & Marcellini donum quod dedit tale est: Altare argenteum purissimum pensans libras ducentas. Patenas aureas purissimas duas pensantes libras quindecim. Patenas argenteas duas pensantes singulas libras 15. Scyphum aureum majorem pensans libras viginti, ubi nomen Augustæ designatur. Scyphos argenteos quinque pensantes singulos libras 12. Calices ministeriales argenteos viginti pensantes singulos libras tres. Amas argenteas quatuor pensantes singulas libras 15. Annis singulis olei nardi pistici libras noningentas, balsami libras centum, aromata, incensum ante corpora Sanctorum Marcellini, & Petri libras centum. Fundum Laurentium juxta Formiam cum balneo, & omnes agros à porta Sessoriana viâ itinerariâ usque ad viam Latinam, & usque ad montem Galbium. Ipse mons Galbius possessio Augustæ Helenæ præstans solidos mille centum, & viginti. Insulam Sardiniam cum possessionibus omnibus ad eandem pertinentibus præstantem solidos mille, & viginti quatuor. Insulam Mosenum cum possessionibus ad eandem pertinentibus præstans solidos octingentos & decem.

cem. Insulam Atitia cum monte Argentario præstantem solidos sexcentos. Possessio in territorio Sabinensi, quæ cognominatur ad duas Casas, sub monte Lucretio præstans solidos ducentos.

CAPVT IX,

De Ecclesia S. Agnetis extra Urbis mœnia Viâ Nomentanâ.

Locus iste inter præcipuos, qui Romanæ huic Urbi adjacent, atque in ipsa Urbe visuntur, connumerari facillè potest, cum ob Sacrum corpus B. Agnetis, cuius vita omnium gentium, singulorumque præconiis effertur, quippe quæ ætatem, & cum ætate Tyrannum vicit, nobilissimumque decus Virginitatis Martyrii laureâ coronavit; tum etiam ob insignis magnificentiæ templum, à Constantino Magno rogatu filia suæ Constantiæ, constructum in celebri Nomentana, via (seu, ut alii scribunt, Numentana.) De hac eadem Ecclesia in vita B. Sylvestri in Pontificali libro descripta sic legitur: *Eodem tempore fecit (scilicet Constantinus) Basilicam Sanctæ Martyris Agnetis, ex rogatu Constantiæ filie suæ, & Baptisterium in eodem loco, ubi & baptizata est soror ejus Constantia, cum filia Augusti, à Silvestro Episcopo, ubi donum constituit hoc. Patenam ex auro purissimo pensan. libras viginti, D Calicem aureum pensantem libras decem. Coronam, pharum cantharum, cum delphinis triginta ex auro purissimo pensantem libras quindecim, patenas argenteas duas pensantes sing. libras viginti. Calices argenteos quinque pensantes singul. libras decem. Pharacanthara argentea 30. pens. sing. lib. 8. Pharacanthara ærea aurichalca 40. Ce-*

rostrata aurochalca argento clusa sigillata quadraginta. Lucernam ex auro purissimo lychnorum duodecim super fontem, quæ pensabat libras 15. & donum in reditum circa Civitatem Fidenas omnem agrum præstans solidos centum, & sexaginta. Via Salaria sub Pavetinas usque omnem agrum S. Agnes præstantem solidos centum, & quinque. Agrum Muci præstantem solidos octuaginta. Possessio Vicopisonis præstans solidos ducentos & quinquaginta. Agrum Casulas præstantem solidos centum. Licet ex narratis Magnum Constantinum hanc fecisse Basilicam deducatur; nihilominus illius Constructionis præcisum minimè apparet tempus, ut bene animadvertit Eminentiss. Baronius ad annum 324. num. 107.

Hanc eandem Basilicam postea à nonnullis aliis Pontificibus restauratam fuisse narratur in sæpeditato libro Pontificali, ac vita Liberii, ubi hæc: *Rediens autem Liberius de exilio habitavit in Cimiterio S. Agnetis, apud Germanam Constantii, ut quasi per ejus interventionem, aut rogatum rediret Liberius in Civitatem. Et paulò infra: Hic Liberius ornavit de platinis marmoris petris sepulcrum Sanctæ Agnetis Martyris. In Symmacho etiam legitur: Hic absidam Beatæ Agnetis, quæ in ruinam imminebat, & omnem Basilicam renovavit. Et in Honorio I. Eodem tempore fecit Ecclesiam B. Agnetis Martyris miliario ab Urbe Roma tertio, viâ Nomentanâ, à solo ubi requiescit; quam undique ornavit, & exquisivit, ubi posuit multa dona. Ornavit autem sepulcrum ejus ex argento, quod pensan. libras 252. Posuit & desuper Ciborium æreum deauratum miræ magnitudinis. Fecit & Gabatas aureas quatuor pensan.*

san. sing. libras singulas. Fecit absidam A
eiusdem Basilicæ ex Musivo, ubi etiam
multa dona obtulit: Denique in Ha-
driano etiam I. hæc habentur: Eccle-
siam verò B. Agnetis Martyris, seu Ba-
silicam B. Emerentiane à novo renova-
vit. Hæc habet Ecclesia porticus, sive
naves, supra quas, tam à dextro, quàm
à sinistro latere altera est porticus, sive
deambulacrum, ut antiquitus in pro-
phanis erat Basilicis, de quibus jam
diximus in nostro opere de Veter. Mo-
nim. part. 1. cap. 1. ubi exemplum
numismatis Marci Lepidi, in quo ex-
pressa est Basilica Æmilia, retulimus, ut
in Tab. XXI. fig. 4. Singulæ porticus,
sive naves septem habent columnas, è
quibus quatuor in inferiori navi posi-
tæ, sunt ex Jaspide, seu, ut alii existi-
mant, ex lapide Portæ Sanctæ vulgò
appellato, qui inter pretiosos annume-
ratur; cui sententiæ discors est Marti-
nellus, eas non quidem ex dicto la-
pide, sed ex Alabastro esse contem-
dens.

Reliquæ autem ex marmore Ian-
 thino sunt, duabus postremis prope
 januam exceptis, quæ ex marmore
 sunt Numidico. Earundem verò co-
 lumnarum Architectonicus ordo, par-
 tim ex Corinthio, partim ex Latino,
 sive composito ordine est, præter duo
 capitula prope januam, quæ sunt ex
 ordine Ionico. Quæ verò superiorem
 porticum columnæ constituunt, par-
 tim ex eodem Ianthino, partim verò
 ex Græco, sive Pario, necnon reliquæ
 duæ ex Numidico marmore; capitula
 tamen ex supradictis, Corinthio scilicet,
 & Latino sunt ordinibus. Cur au-
 tem lapides isti disparis sint structuræ,
 causam allegat sæpe laudatus Baro-
 nius ad annum 324. num. 103. nem-

pe; quòd non patiebatur tarda moli-
 mina vehemens ille spiritus, quò Con-
 stantini animus exæstuabat; summâ
 enim celeritate ædificium ipsum con-
 fici voluisse.

Carmina nonnulla acrosticha S.
 Constantiæ pietatem indicantia, anti-
 quiori in abside hujus Ecclesiæ olim
 legebantur, quæ Gruterus pag. 1161.
 num. 9. refert.

Antequam tamen ea describamus,
 Lectorem monitum esse cupio, ali-
 quando Constantiam, aliquando verò
 Constantinam Sanctam istam appella-
 ri, ut notant laudatus Baronius ad an-
 524. num. 108. Henschenius ad diem
 18. Februarii, & Du Cange in familiis
 Bizantinis fam. 1. Carmina verò hæc
 sunt.

O nstantina. Deum. Venerans. Chri-
 stoque. Dicata.

O mnibus. Impensis. Devota. Mente.
 Paratis.

Z umine. Divino. Multum. Christo-
 que. Juvante.

S acravit. Templum. Victricis. Vir-
 ginis. Agnes.

H emplorum. Quæ. Vicit. Opus. Ter-
 renaque. Cuncta.

P urea. Quæ. Rutilat. Summi. Fasti-
 gia. Tecti.

Z omen. Enim. Christi. Celebratur.
 Sedibus. Istis.

H artaream. Solus. Potuit. Qui. Vin-
 cere. Mortem.

I nvectus. Cælo. Solusque. Inferre.
 Triumphum.

Z omen. Adhuc. Referens. Et. Corpus.
 Et. Omnia. Membra.

M ortis. Tenebris. Et. Cæca. Nocte.
 Levata.

D ignum. Igitur. Munus. Martyr.
 Devotaque. Christo.

x. *Opibus. Nostris. Per. Sæcula.* A cum enunciando explanationem.

Longa. Tenebis.

O *Felix. Virgo. Memorandi. Nominis. Agnes.*

Nullos labores, nullasque omiffimus diligentias, pro hujus insignis Basilicæ antiquis indagandis monumentis, quorum nonnulla adhuc supersunt, nempe in Ecclesiæ tectis, ubi multæ visuntur antiquæ tegulæ, in quibus literatæ sunt rotæ, literæ scilicet in gyrum dispositæ, ac ante regularum coctionem sigillo quodam impressæ, de quibus disseruimus supra in Cap. III. occasione Vaticanæ Basilicæ, earundemque rotarum emblemata, etiam retulimus in Tab. VI. Propterea, ut quid certi ex hujusmodi venerandis antiquitatibus decerpere valeamus, tectum ascendi, diligenter ferè tegulas omnes perscrutavi, quas singulas emblemata continentes inspexi, sed à temporis diuturnitate ita coinquinata, ut quadam tartari specie eadem literæ obductæ sint; nihilominus adhibitâ diligentia, quæ ex illis erui, hic in curiosorum simul, ac eruditorum gratiam refero.

Primus versus exteriorem, secundus autem interiorem continet peripherias, & cum abbreviatæ sint voces, prout expressæ sunt sub oculos pono; deinde illarum explicationem tentabo. Sic igitur se habent.

OP DOL EX PR AVGG NN FIG
TERENTIANA AELI VICTORIS

Epigraphen hanc ita interpretor:
Opus doliare ex prædiis Augustorum nostrorum Figulina Terentiana Aeli Victoris.

Ne in hisce jejuna legentis remaneat curiositas, aliquantisper à brevitatatis scopo divertam, earundem vo-

Fictilium vasorum opus, quod à figulis elaboratur, duplex erat genus, alterum rude, alterum verò diligenti minervâ compaginatum.

Quod rudi minervâ fabricatum, etiam crassum erat, hocce opus magna respiciebat vasa, præcipuè dolia ad vina continenda, quæ plurimum cadorum capacia erant, & adhuc hodie in Pontificio, aliisque Magnatum Urbis viridariis visuntur; unumque incredibile magnitudinis me vidisse recordor, quod omnibus illud videre cupientibus patens est, nempe in aluminis fodina prope Forum Claudii, vulgò *la Tolfa*, triginta cadorum capax, tantæque altitudinis, ut per scalam decem, vel duodecim graduum ad illius os ascendere oporteat.

Alterum verò opus, quod diligentis, ac subtili minervâ erat constructum, ad illa vasa minoris capacitatis, ac gestatu facilia tendebat. Horum generale nomen erat *Urnarum*; quare si ad aquæ usum urnæ erant, *Aquariæ*, si ad continendos cineres, *Cinerariæ*, si verò ad ossa, *Ossuariæ* appellabantur. Diverfarum tamen inter se etiam erant specierum, sive formarum, ut hac in Urbe ob earundem multitudinem facillimè distingui possunt.

Ex igitur dictis elicitur, quòd quando de tegulis, ac magnis lateribus agebatur, hujusmodi fictilia, Opus doliare, aut doliare Veteres nominabant, quia ad similitudinem operis doliarum, scilicet, rudi, & crassâ minervâ constructa erant.

Quòd verò ad hujusmodi laterum, ac regularum magnitudinem, duplex illorum mensura erat, una major, altera minor dicebatur; prima duos pedes,

des, secunda unum pedem cum dimidio in qualibet laterum facie æquabant, cum lateres isti quadrati essent; secus verò de tegulis, quæ oblongæ; unde in longitudine prima, in latitudine verò secunda mensura illis competeat. Et hæc satis dicta sint quoad explicationem doliaris operis.

Sæpe in hujusmodi emblematis, quæ in fictilibus operibus reperiuntur, impressa legitur abbreviatè, vel per extensum, *ex prædiis*, quæ vox denotat locum illum in quo fictilia elaborata erant. Etiam abbreviatè, vel per extensum figulina vox legitur, quæ emptoribus, & quibusvis aliis, officinam, ubi fictilia fabricabantur vasa, indicabat. Hæc præmittere duxi ad dissipandam omnè dubii nebulam, quæ ex hujusmodi literatis oriri posset emblematis. Redeat nunc unde discesserat oratio, ad narrationem nempe eorundem emblematum, quæ in laudatè Ecclesiæ S. Agnetis tegulis reperimus, ac sequentia sunt.

OPVS DOLIARE EX PREDIS
AVG N C COMIN SABINIANI.

Nempe: *Opus doliare ex prædiis Augusti nostri Caii Comini Sabiniani.* De hac familia Cominia vetus extat inscriptio apud Gruterum pagin. DCCCCLXIX. num. 11. Sequitur alia tegulæ inscriptio.

OPVS DOLIAR DOM AVGG
NN FIG FAORNIAN CALVENTI
TI MAXIMA.

Quæ per extensum reddita sic sonant: *Opus doliare Dominorum Augustorum nostrorum figulina forniana Calventi maxima.* Diversæ apud Gruterum inscriptiones leguntur de hac familia Calventia. In hac inscriptione vocem *maxima* noto, quam vocis fi-

gulinæ adjectivum puto, unde in hac Calventi officina tres figulinæ diversæ magnitudinis formabantur. Non ab-similes figulinas vidi cum epigraphæ: *Domitiana major, & Domitiana minor*, unam nempe duorum pedum magnitudinis, alteram pedis unius, & semis. Quidquid sit de hac conjectura, aliis examinandum relinquo, cum modò mihi nulla suppetat ratio. Restat quòd narrem in medio peripheriæ expressum intueri Virum stantem: modò ad quartam tegulam.

In hac legitur.

OP DOL EX PR GRAVS AVG N
SERVI MATI RESTITVTI.

Inscriptionem hanc sic interpretor: *Opus doliare ex prædiis Graus Augusti nostri servi Mati Restituti.* Vox *Graus* est nomen proprium prædii; altera vox *Mati Restituti* in Gruteriana inscriptione pag. DCXLVII. num. 5. legitur, *Mattoni Restituti*; ex hoc infero ultimam literam vocis *Mati* esse *T*; quæ difficilis lectu est.

In quinta tegula sequens inscriptio visitur: *OPVS DOLIARE EX PL EDISTI*; scilicet: *Opus doliare ex prædiis Lucii Edistii*; in circumferentiæ medio stat Leo gradus.

Sexta tegula hanc continet epigraphen.

OPVS DOL EX FIG PONTI
CLIANA EX PRED CAES.

Nempe: *Opus doliare ex figulina Ponti Gliana ex prædiis Caesaris.*

In medio Bovinum cernitur caput.

Aliam quoque invenimus tegulam posterioris seculi, quæ sequentibus characteribus ad longum notata est.

REG D N THEOD

RICO FELIX ROMA.

Quæ literæ sic integrum reddunt

R

fen-

senfum: *Regnante Domino nostro Theodorico felix Roma.*

Duæ similes tegulæ ad meas pervenerunt manus; unam amico dono dedi; alteram penès me servo, quæ habet: *Regnante Domino nostro Theodorico bono Romæ.* Mirificè Rex iste Urbem ornavit, ut testantur Cassiodorus, Fernandes, & Sigonius.

Hæc sunt quæ ex tegulis Borealis, & Australis partium decerpere potuimus; multa alia fortasse in tegumentis medianæ navis erant, quæ ob periculosi ascensus difficultatem omisimus.

CAPUT X.

De Ecclesia S. Constantiæ, ejusque Musivis operibus.

LAVDANDÆ semper memoriæ Constantinus Imperator piis filiarum suarum Constantiæ precibus indulgens, non solum Basilicam in honorem B. Agnetis, verum etiam Baptistarium prope eandem Basilicam fecit, ut in supracitata vita S. Sylvestri indicatur. Ubinam autem ipsa Basilica fuerit, in dubium revocari minimè potest, cum adhuc extet, ut supra jam demonstravimus. Oritur tamen dubium de Baptistario, ad quod decidendum circumvicina ædificia lustrare oportet. Nam cum antiquitus Baptistaria seorsim ædificarentur ab Ecclesiis, nullum ædificium profectò inveniemus, quod aptius ad Baptistarii usum inservire potuerit, quam S. Constantiæ Ecclesiam, eidem Basilicæ proximam.

Ecclesia hæc rotundæ est formæ; interiorum porticum duplici columnarum ordine divisam habet, ita ut

Abinè columnæ sustentent arcum, atque ita duodecim interiorem, totidemque aliæ exteriorem circuitum forment; omnes verò ex lapide Numidico, ordineque Ionico sunt. In parietis ambitu duodecim visuntur loculamenta. Ut autem hujus Ecclesiæ constructio meliùs concipiatur animo, sub Tab. XXIX. exteriorem, interioremque Orthographiam referimus. Prima enim figura interiùs repræsentat ædificium, cujus diameter est palmorum 109. ac fornix, qui columnis in gyrum dispositis imminet, indicatur lit. A. Eleganti Musivo opere olim fuisse ornatum credibile est; modò autem partim Musivo opere, partim verò pictura in locum (ut puto) dilapsi Musivi suffecta renidet. Quid autem hoc Musivum referat Tab. XXX. ostendit. Vides in hac varias vites, variosque

Campinos, & uvas, & in fornicis medio mulierem, in angulis verò quosdam genios, qui in vindemiæ actibus se exercent; aliqui enim currum uvis onustum ad calcatorium ferunt, ut literis AA. alii autem uvas in calcatorio conculant, vinumque exprimunt, ut lit. BB.

Redeamus ad Tab. XXIX. ac fig. 1. in eadem literæ B. C. D. tria alia magna loculamenta denotant. In eisdem loculamentis B. C. duæ sunt laterales januæ, quæ in contiguam vineam ingressum præbent. D. loculamentum est, magnumque continet è porphyrite Mausoleum, eisdem vitibus, pampinis, uvisque, ac geniis, ut fornix, ornatum, cujus exemplar habes in Tabula XXXI. Mausoleum hoc amplitudine ferè illi B. Helenæ æquale est, quod in Ecclesia SS. Petri, & Marcellini retulimus. Alia janua, per quam hodie in Ecclesiam patet ingressus, in alio loculamento

fig. 1



fig. 2



fig. 3



fig. 4



ortographia exterior





Fig. 1

Fig. 2




pag. 130.








B











TAB. XXXI



pag. 130.

TAB. XXXI


1789





pag. 131



lamentò excisa est, quod supradicto D. è conspectu opponitur. In oculis, sive loculamentorum fornicibus B. C. duo sunt Musiva opera rudi elaborata minervâ, quæ Constantini Magni tempora præferunt, cum anteriori ævo constructa affabrè delineata, ac depicta cernantur. Eorundem Musivorum exempla vide sub Tabula XXXII. in qua figurâ 1. Christus exprimitur, qui stans acsi benediceret, dextram elevat, sinistrâ verò explicat volumen, in quo hæc: *Dominus pacem dat.* Post quæ monogramma  scilicet Christus notatur. Vir quidam est à sinistris Christum inclinatus aspiciens, ac manibus extremum voluminis tenens. Ex altera autem parte vir alius paulò erectior, & veluti admirandus adstat, habetque in fimbriis pallii hoc monogramma I. Hinc inde à tergo horum virorum duo tuguriola, ac totidem attolluntur palmæ. At ante Domini pedes quatuor stant oves. Quid autem omnes hæ figuræ significant aperiamus. Habemus in Evangelio Ioannis cap. 14. Christum discipulos consolaturum dixisse: multas in domo Patris mansiones esse, seque rursus illos assumpturum; Thomæ autem Apostolo, se esse viam, veritatem, & vitam; Philippo verò, Patrem in se videri; Promisisse præterea, eosdem planè accepturos, quidquid suo petiissent nomine, seque eis à Patre alium missurum Paraclitum; postremò pacem Discipulis sub hisce reliquisse verbis: *Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis.* Pictor igitur, ut omnia hæc ob oculos poneret, neque hac de re ullus dubitationi locus relinqueretur, epigraphen addidit: *Dominus pacem dat.* Hinc certò colligere

A possumus eos Viros, qui Christo Domino ab utroque latere venerabundè assistunt, Thomam, & Philippum. Apostolos repræsentare, oves verò reliquos discipulos, seu quoscumque Fideles Christi verbum audientes. Tuguriola quoque promissas à Christo in domo Patris mansiones, tandemque geminas palmas Judææ symbolum esse; ni tamen potius à Musivario ad ornatum solummodo, & ad libitum, quàm ad rem ullam significandam expressas dicamus.

Secunda in figura ejusdem Tabulæ Christum videre est supra globum, videlicet Mundum, insidentem, ut Mundi ipsius Dominum decet; sinistrâ librum clausum tenet, dexteram autem ad virum quemdam quadantenus inclinatum extendit, veluti ipsum amplectens, qui tamen actus dignosci minime potest, cum Viri illius pallium manus tegat. Hanc ego figuram alterius jam explicatæ complementum esse putarem, adeò ut in ea quidem Dominus pacem Apostolis ore relinquens exprimat, in hac verò ipse actus amplexus, quo nihil ad pacis collationem exprimendam est opportunius.

Tam ad dextram, quàm ad sinistram Iesu palmæ sunt, quæ licet ad Musivarii placitum depictas fuisse, haud temerè credi valeat, ut supra jam diximus: attamen si illis aliquam explicationem dare velimus, exponerem palmas has Judæam Regionem, in qua Christus Dominus vitam egit, innuere. Palma enim Judææ symbolum est, ut ex Vespasiani, & Titi nummis videre est, ubi mulier quædam veluti lachrymans sub eadem arbore cum epigraphæ *Judæa capta*, expressa cernitur. Ubi eruditissimus Antonius Augusti-

nus suis in dialogis hanc arborem Judææ attribui ostendit, eo quia Phœnicæ, quæ palmis abundat, proxima est Judæa. De hujusce palmis etiam differuimus supra; occasione Tribunæ S. Petri.

Hæc de ornamentis antiquo in hoc ædificio hodie extantibus. Superest modò, ut quæstionem etiam, quæ apud Antiquarios insurgit, referamus, videlicet: an templum hoc à Constantino constructum, vel potiùs à superstitionis labe expiatum, mox in Mausoleum filiaæ suæ conversum fuerit. Primam opinionem Nardinus, aliique recentiores Scriptores sequuntur. Secundam autem Andreas Fulvius, Marlianus, Lucius Faunus, & alii antiquiores, moventurque ad hoc asserendum ex Musivis indicatis operibus vindemias repræsentantibus, unde templum hoc falso Numini Baccho dicatum fuisse arbitrantur. Alii verò è contra nihil hujusmodi Musiva opera, suæ opinioni officere autumant, quia apud antiquos Christianos mos fuit hisce, etiam emblematis sua templa, Ecclesiasque ornare, ut Bosius in sua Roma Subterranea ostendit, ejusdemque sectator Aringhus in Roma etiam Subterranea lib. 6. cap. 45. Tom. 2. ac nos in nostro opere de Veter. Monim. part. 1. cap. 27. exposuimus. In hac opinionum varietate quid sentiamus si proferre opus sit, longè à recentiorum sententiis feror. Nam si ejusdem templi structura, columnæ, capitula, & bases sedulò observentur, perelegans reperietur Architectura, & columnæ, aliaque cum marmore, tum symmetria uniformia, quod ævo Constantini repugnat, eò quia eâ tempestate plurimum veteris decoris, ac venustatis Ar-

chitecturæ perierat, ut fabricæ ipsius tempore excitatæ sat docent. Etenim si supramemoratam Sessorianam ab ipso Constantino constructam inspicimus, columnæ, capitula, & bases dispares sunt. Hujus causa fuit, quia Constantinus prophana ædificia demolitus, ex eorum ruinis nova, veroque Deo dedicanda templa excitavit. Id etiam in ædificatione triumphalis arcus eidem Imperatori dicati, cujus elegantiores statuæ, similiaque anaglyphica opera è Trajani arcu desumpta fuisse fama est, factaque inter ea collatione, temporis diversitas evidentissimè apparet; ut ostendimus in dicto nostro opere de Veter. Monim. part. 1. cap. 2.

Quod verò de Sessoriana Basilica, deque arcu dictum est, etiam dicendum videtur de Basilicis S. Pauli in via Ostiensi, & S. Laurentii in Agro Verano, quæ licet hodie eadem non sint, quæ à Constantino ædificatæ fuere, attamen longè majorem ex eorundem cæmentis partem, in novam fabricam fuisse conversam credibile est, & columnas præcipuè, quæ inter se, ut in Sessoriana Basilica, dispares sunt.

Præterea à recentiorum sententia, etiam maximè me avertit operum Musivorum diversitas. Ea enim quæ in fornice conspiciuntur pereleganti minervâ compacta sunt, alia verò quæ in januarum lunulis extant planè rudè opere sunt elaborata. Quapropter quàm apertissimè hæc operum Musivorum varietas temporum diversitatem ostendit. Puto igitur templum hoc, sive Baccho, sive alii falso numini sacrum olim fuisse, postea verò à Constantino in Baptisterium, ac deinde in ipsius filiaæ sepulcrum conversum.

Varie

Variæ sunt conjecturæ; quæ me ad hoc credendum inducunt. Prima est, quòd animadverto non casu, sed in alicujus rei symbolum illas figuras in Tab. XXX. & XXXI. à Constructore delineatas fuisse. Nam ibi varii pueri alati cernuntur, qui nil aliud representant, nisi Genios, pro numinibus à cœca Gentilitate habitos, quorum Geniorum infinitus erat numerus, ut narravimus in nostro opere de Veter. Monim. part. 1. cap. IX. ibique etiam ostendimus (quod pro secunda conjectura fit) Proceres, & Magnates, templis pro recondendis cadaveribus usos fuisse. Quare à veritate alienum esse minimè cenſeo, si hoc nobile templum ab aliquo Imperatore in suo prædio constructum, locique Genio, scilicet Bacchò dicatum fuisse asseram, quia ibi fortasse vineæ erant, sicque ad bonum vinum, bonamque colligendam vindemiam, Genii uvas, racemosque, & similia manu tenentes fuere expressi; quorum nonnulli, ut numeris 1. 2. 3. 4. 5. 6. è collo pendulam, habent bullam, quæ puerilis nobilitatis insigne erat, ut docet Plinius libr. 33. cap. 1. Quapropter meam confirmat conjecturam, quòd pro Proceribus, Magnatibusque locus iste constructus fuerit. Itidem in eadem porphyretica arca, ac in latere signato litt. A. B. C. observo quòd ibi tres sunt ollæ, quæ nil aliud denotant, nisi ollas illas, quæ Ossuariæ appellabantur, in quibus cineres, & cadaverum crematorum ossa reponerentur. Mos iste in aliqua magna arca varios defunctorum cineres, variis in vasibus positos recondendi, satis elicitur è Veterum Furiorum sepulcro, in Monte Tusculano detecto anno 1665. quod

A ipsemet oculariter vidi, in quibus diversæ erant arca, è lapide piperite constructæ, quas intra aliæ parvæ pariter erant. Has omnes descripsit, ac delineavit Kircherus in suo Latio cap. 3. Ex quo colligo, quòd magna arca non unum, sed plura ejusdem familiæ cremata cadavera in se contineret. Habebatque etiam idem Furiorum sepulcrum in januæ summitate ipsius familiæ Genios expressos, ut laudatus Kircherus observavit, quæ omnia conjecturas nostras firmant.

Non obstat, quòd ab aliquo rerum antiquarum minùs erudito asseri valeat in Tab. XXX. lit. C. D. nonnullas cerni cruces, nam huic objectioni responderi posse autumo, signum illud non crucem, sed quatuor denotare elementa, quod apud Ægyptios frequens symbolum erat, ut ostendit nuper citatus Kircherus in suo Oedipo Ægyptiaco To. 2. par. 2. c. 4. & alibi.

Præterea, ut à recentiorum sententia declinem moveor, quia S. Constantia decessit anno 354. Constantinus verò anno 337. & sic illa post Patris obitum annos septemdecim, quo anno imperabat in Oriente Constantius. Unde inferre necesse est, prædictam arcam non solum paulò ante Sanctæ Constantiæ obitum, sed longè antèriùs fuisse sculptam, nempe iis in seculis, in quibus bonæ florebant artes, ut ipsa cælatura demonstrat.

Denique satis, superque in mea firmior sententia, dum reputo omnino eundem esse Opificem, tam Musivi operis, quàm etiam arca marmorea, ut ex figurarum uniformitate deduco, qua de re cum operis Musivi, & arca imagines, utpote elegantiores, alia tempora sapiant, quàm Constantini, neque

neque templum, neque arca Auctorem ^A *fabricata*, pro restaurata sumendam Constantinum agnoscunt. Quibus omnibus addo, quod si eodem elaborata fuissent tempore, à veritate alienum videretur, Constantinum, dum Baptisterium ædificaret, eodem tempore pro filia suæ cadavere recondendo sarcophagum excitasse. Unde tam ipsum ædificium, quàm arcam haud unquam inter Constantini Cæsaris opera reponendam esse necessariò fatendum est.

Hanc porphyreticam arcam Mausoleum illud esse puto, de quo in supradictis actis B. Agnetis à S. Ambrosio relatis fit mentio. In actis verò Ms. Cod. Vall. quæ Aringhus refert in sua Roma Subterranea lib. 4. cap. 25. Tom. 2. hæc habentur: *Porro B. Constantia in S. Virginitate permanens, transacto tempore hyemis, & inchoato tempore veris, hoc est 12. Kalendas Martias, parata intravit ad nuptias; corpus verò ejus in pretioso labro porphyretico sepultum est, & ibidem ipsa à Patre, & fratribus Ecclesia columnis, & Musivo de lapidibus decorata, in ejus honorem fabricata est.* Quæ auctoritas mirum in modum conduceret ad probandum nostrum Imperatorem eandem Ecclesiam, ac porphyreticum labrum construxisse, ex præcitatis verbis: *in ejus honorem fabricata est.* Sed Grammaticorum est usus vocibus tenaciter adherere; at mitiùs cum Oratoribus, Historicisq; agendum; quandoq; enim isti figuratè loquuntur, ut ostendimus in nostro opere de Vet. Monim. part. 1. cap. 27. ubi vox *fecit* frequens in Pontificali libro, pro ædificare semper accipienda minimè est; imò sæpe pro restaurare, vel dedicare intelligenda venit. In præsentem enim casu vocem

^B *fabricata*, pro restaurata sumendam arbitror. Quibus addendum, quæ paulò inferiùs idem Aringhus habet, & judicio meo prætermitti minimè debent, scilicet hanc arcam porphyreticam in Lateranum Paulo II. Summo Pontifice jubente fuisse deportatam, ut ejusdem Pontificis sepulturæ inferviret. Interim verò cum inde extraheretur, in ipso itineris progressu, antequam ad destinatum locum pertingeret, Pontificem diem extremum clausisse, & Sixtum Papam IV. antiquitati Urbanarum rerum servandæ intentum, re infectâ, eandem in pristinum locum reducendam curasse, ut narrat Platina in ejusdem Pauli II. vita, illamque esse, quæ hodie non absque ingenti omnium admiratione, tum ob antiquitatis meritum, tum ob operis elegantiam visitur.

^C Quoniam istius Ecclesiæ nuper interiores descripsimus ornatus, sub silentio præterire minimè censemus alios amovibiles ornatus in eadem olim extantes, nempe quædam marmorea candelabra, quæ Martinellus in sua Roma Sacra, occasione qua S. Agnetis describit Ecclesiam, sex fuisse asserit, & hac in eadem Ecclesia extitisse; deinde ad dictam S. Agnetis Ecclesiam fuisse translata, quorum bases trigonales erant, in quibus aves sub facie humana, puerique uvas decerpentes, & arietum capita insculpta, cernebantur. Hodie tamen ex his quinque tantùm extant; tria videlicet in Ecclesia S. Agnetis, quorum altitudo est palm. 9. cum tribus quartis; & duo in præfata S. Constantiæ. Horum altitudo est palm. 8. cum dimidio. De iisdem candelabris meminit etiam Philander in annot. ad Vitruvium, lib.

lib. 3. cap. 2. & cum ob ornatum admodum pulchra sint, eorundem exemplar pono in dicta Tab. XXIX. sub fig. 3. & 4. Quare cum fatendum sit candelabra ista, ex anaglyphicis operibus, uniformitatem cum tota fabrica habere, fatendum etiam est eodem tempore, & in ejusdem fabricæ usum fuisse constructa. Si igitur pro dictæ fabricæ usu elaborata esse concedatur, videtur etiam dicendum, quod templum hoc non ad Baptisterii, in quo candelabra minimè requiruntur, sed ad templi usum fabricatum. At veritatem hanc accuratiùs indagemus.

Narratum hucusque est de interioribus hujus Ecclesiæ partibus, atque ornatibus, modò superest pauca de exterioribus indicare; quamobrem extimam quoque partem delineandam curavimus, putantes antiquitus quartam fuisse januam in loculamento, ubi nunc prædicta arca est locata, Urbemque respicit. Hanc deducimus conjecturam ex eo, quod in exteriori ejusdem loculamenti parte ædificium, quoddam quadratum attollitur, quod fig. 2. indicatur lit. A. idemque in januæ tympano superinstructum existimabamus. At aliter se res habet, nam ne minimum quidem januæ vestigium invenimus, imò novum, quod modò ferè dirutum est, muro antiquo, veluti tunica, superædificatum fuisse observavimus. Id autem qua de causa factum fuerit, indagare haud potuimus, cum veterem murum nullâ reparatione indigere exploraverimus.

Ulteriùs Lucius Faunus in suis Antiquit. Urbis, structuram Ecclesiæ describens, præter vigintiquatuor columnas, interiorem porticum, sive navem formantes, alias exteriores

A fuisse numero quadraginta narrat Corinthii ordinis, quæ æqualiter dispositæ circumambientem porticum sustentabant, ac unicam tantùm suo tempore erectam steterisse, cum aliarum, præter vestigia, nihil reliquum esset.

Hæc autem exterior porticus meam etiam firmat conjecturam, scilicet quod ædificium hoc alicui falso Numini dicatum esset, proptereaque repugnat, quod pro Baptisterio constructum fuerit, cum nullum Baptistrium, similem porticum habens, descriptum inveniam:

Nolo hîc pro dissertationis coronide sub silentio præterire, me omnem in indagando adhibuisse diligentiam, ut si fieri valeret, ex figulinis deducere rem tempus, quo hoc nostrum ædificium esset constructum, propterea ad idem templum me contuli, tectumque ascendi, diligenter omnes perquirendo regulas, quæ antiquissimæ sunt, si illis aliquod literarum adesset emblemata, ex quo optatum tempus arguere valerem. Non unum, sed plura adveni emblemata, sed spe frustratus, cum nullam ex eisdem probabilem conjecturam deducere potuerim. Nihilominus ea, quæ illinc desumpsi, hîc per extensum subjicio, licet literæ ingyrum, sive rotæ formam sint dispositæ; abbreviaturasque supplere tentavi. Reliqua, si cupis, benigne Lector, tuæ curiositati, ac eruditioni relinquo.

OP DOL EX PR DOM AVG N
FIGLINA GENIANAS.

Quas sic lego: *Opus doliare ex prædiis Domini Augusti nostri figlinas Genianas*; deest tamen litera S. in extremo vocis *figlinas* à temporis edacitate corrosa; in medio circuli visitur caput galeatum.

In secunda tegula infra scriptæ literæ in orbicularem formam, ut dixi, expressæ cernuntur, nempe.

OP DOLI EX PR DOMINI N
AVG EX FIGLIN FAVRIANIS.

In medio cernitur vir quidam dexterâ veluti baculum tenens. Licet hoc emblema explicatione indigere non videatur, nihilominus ad omne tollendum dubium sic literas illas legendas puto.

Opus doliare ex prædiis Domini nostri Augusti.

Astri Augusti ex figlinis Favrianis.

Tertia tegula habet.

OPVS DOLIARE EX PRÆDIS
AVGGNN FIGCTERTIN.

Sic emblema istud legendum puto:

Opus doliare ex prædiis Augustorum nostrorum figulina Caii Tertini. Hoc

Tertini nomen expressum reperio in inscriptione à Grutero relata pagina

DLXIII. num. 7. quæ Lugduni in Xenodochio S. Laurentii idem Gruterus

extare asserit, & sic se habet.

MEMORIAE. PERENNI. QUIA ET I. AETERNAE
TERTINIAE. VICTORINAE. FAEMINAE
RARISSIMAE. STOLATAE. QVONDAM
SPIRITO. INCOMPARABILI. TERTINIVS
SEVERIANVS. LEG. II. AVG. CVM PATERNIA
VICTORINA. ET TERTINIA TERTINA
FILIS P. C. ET. S. AS. D.

ΧΑΙΡΕ
ΝΙΚΑΚΙ

ΥΓΕΙΑΙΝΕ
ΝΙΚΑΚΙ

Alia tegula sequens continet emblema, quod si totum legi potuisset, utique ab illo aliquam notitiam decerpissem, nihilominus ea, quæ visuntur, sub oculos pono.

OPVS DOLIA....,FAVSTINÆ
AVG....VLP....

Duas fuisse Faustinas in historiis reperio, nempe, Majorem, & Minorem, illam Antonini Pii uxorem, istam ejus filiam.

Sequitur alia tegula cum hac epigraphæ.

FL. CORINTHI EX PRAED. DN
IMP.

Scilicet: *Flavii Corinthi ex prædiis Domini nostri Imperatoris.*

In medio est Cervus gradens.

Similis alia tegula est cum mutila inscriptione, videlicet:

OPVS DOLIARE EX PRAEDIS

DOMINI N. AVG.

Opus doliare ex prædiis Domini nostri Augusti.

Consideratione dignum videtur sequens emblema.

COSS AMB SVLP.

Quod sic explico: *Consulibus ambobus Sulpitiis.* Quando isti ambo Consules fuerint, in fastis minimè reperio. Dubium hoc aliis examinandum relinquo.

Duos lateres similibus inscriptionibus notatos observavi in Cochleæ fornice, per quam ad tectum ascenditur. Primus later sequentes continet literas, veluti in semiluna inscriptas, nempe:

DOMLVCIDO.

Quas sic explico: *Domitia Lucilla doliare.* Quenâ fuerit Domitia hæc ignoro, in medio visitur veluti lepus currês.

Se-

Secundus habet.

VALEAT QUI FECIT
CN DOM.

Scilicet: *Valeat qui fecit Cneus Domitius.* Oedipus non sum, aliis divinandum relinquo Domitium istum.

Omnes istæ tegulæ tempora Constantino anteriora sapiunt, at cum amovibiles sint, objici valet, in tecti refectionibus ex aliis locis desumptas, tunc fuisse positas, ideo examen penès Lectorem esto.

C A P V T XI.

*De Ecclesia Sanctorum quatuor
Coronatorum.*

VLTRA supra relatas Ecclesias, quarum constructione, atque ornatu pietas, & magnificentia Constantini Imperatoris enituit, earundemque in Libro Pontificali, & apud alios Auctores certa mentio est, aliæ quædam sunt in hac eadem Urbe, de quibus, vel antiqua traditio, vel quædam subobscura indicia supersunt; ideo earum notitias, qualescumque sint, sub oculis pono, fidem penès Pancirolum, Ecclesiarum Urbis historiam describentem, relinquendo.

Inter Ecclesias, de quibus dubitatur, an à piissimo Imperatore constructæ fuerint, meritò hæc venit annumeranda, cum laudatus Pancirolus in suis Thesauris absconditis Romanæ Ciuitatis Reg. 2. Eccles. 22. hanc SS. quatuor Coronatorum à Constantino ædificatam, sive potius restitutam fuisse testetur. Præter hanc notitiam, aliam minimè adinveni.

C A P V T XII.

De Ecclesia duodecim Apostolorum.

Ex quadam inscriptione, olim in hac Ecclesia extante, Auctor est idem Pancirolus in Reg. 7. Eccles. 5. istud ædificium à Magno Constantino constructum apparuisse; at in inscriptione, quæ continebatur minimè refert; & Hadrianus Papa in Epist. ad Carolum Magnum de Imaginibus, hanc Basilicam à Pelagio Summo Pontifice inceptam, & à Joanne ejus Successore perfectam fuisse tradit. Quapropter cum historia in obscuro posita sit, aliis eam è tenebris eruendi curam relinquimus.

C A P V T XIII.

De Basilica S. Sabine.

AN à nostro Imperatore constructa hæc fuerit Ecclesia, dubium etiam redditur. Pancirolus enim in Reg. 9. Eccles. 8. opinionem affirmativam tuetur, at si benè inscriptionem, palmaribus literis Musivo opere expressis, in eadem Basilica adhuc extantem, examinemus, à quodam Petro Urbis Presbytero, qui tempore Costantini I. vixit, nempe circa annum, 426. ædificatam fuisse dicendum est, quod & verissimum esse censeo, ut ostendi in opere de Vet. Monim. part. 1. cap. 21.

CAPUT XIV.

De Ecclesia S. Laurentii in Pane,
& Perna.

ECCLESIIIS superioribus, de quarum Fundatore dubitatur, hanc etiam adjicit Pancirolus in Reg. 2. Eccles. 48. piè tamen credit eam à Magno Constantino ædificatam super memoriam Martyrii ejusdem Sancti, quæ postea Cappella Furni denominata fuit. Cur autem in Pane, & Perna fuerit appellata, si verba sint, uti sonant, interpretanda, utraque vox Latino sermone nulli omnino est ignota, panis præcipuè; perna verò eam Suis partem significat, quæ coxa dicitur, & tum hanc denominationem accipit, cum à Sue dissecta est, ac ne tabescat, atque esui aptior sit, conditur sale. Hæc autem denominatio, cum ejus origo ignoretur, dura videri potest. Ideò Pancirolus ait, nonnullos existimasse non Panis-Pernæ, sed Panis Perna ex cujusdam Familiæ cognomine vocitatum fuisse. In Raspono verò lib. 2. cap. 4. suæ Lateranensis Basilicæ vocatur Panis, & Pernæ.

Porro Frater Franciscus Gonzaga in Historia de origine Religionis Franciscanæ part. 2. ac Provinciâ Romanâ Monast. 2. ejus denominationis originem sic exponit: *In altera Exquilini, Bisdatique Montis parte, qui non ipsam naturam, sed Tullum Hostilium Romanorum Regem (si Tito Livio auri accomodanda veniat) sui Auctorem habuit, ubi Olympiades Therme, quæ & ab aliquibus Novatianæ dicte sunt, Apollinisque templum, ac Decii Imperatoris Palatium præextiterant, stre-*

Annuisque Christi Athleta Laurentius, in craticula assatus, glorioso Martyrio coronatus fuit, Ecclesia quædam in ejusdem S. Martyris honorem à Fidelibus Christianis constructa est. Quæ tandem à Longobardis postea ad terram dejecta, à pientissimo quodam Santulo Hursino Presbytero, sub eodem prorsus titulo, reedificata extitit, cui & Panis Perna cognomen à sequenti eventu evenit. Laborabat siquidem, dum fortè fortunâ edificaretur, Urbs Roma maximâ Panis penuriâ, cumque, Latomis, ceterisque Cementariis conquerentibus, ac cœpti operis desertionem, nisi sibi de Pane provideretur, minitantibus, anxius Presbyter cunctas domos lustraret, in cujusdam paupercule mulieris, nomine Perna, furnum, Ecclesiæ contiguum, quem adhuc sub eadem cernere licet, incidit, ibique derelictum, magnæque quantitatatis, atque excellentissimæ albedinis Panem, ad nullum tamen spectantem, invenit. Quem tamen acceptum, atque in partes divisum, operariis distribuit. Quibus omnibus optimè refectis, tantum residui fuit, ut ad aliquot dies illis suffecerit. Quod miraculo (ut par erat) tribuens, ipse Santulus voluit, ut præfata Ecclesia D. Laurentii Panis Perna in posterum appellaretur. Hæc Gonzaga. Nec aspernanda est Martinelli conjectura in sua Roma Ricercata; qui hanc Panis Perna denominationem derivatam fuisse censet à voce Perpenna, seu Perpena, quæ Nobilis Familiæ Romanæ agnomen erat, ut in variis inscriptionibus apud Gruterum, & alios. Quare aut ipse locus ab ipsa Familia, aut ipsa Ecclesia, à proprio ex eadem Familia fundatore, denominationem desumpsit, ut videtur innuere particula in, scilicet in Perpenna, nunc Pane Per-

Perna; primam enim syllabam *per* in *pan*, ex aliquo vulgi errore, corruptam fuisse, quod nonnullis exemplis demonstrare nititur. Insuper in quodam antiquissimo Ordine Romano Collegiatae Ecclesiae S. Mariae de Rotunda de hac eadem Urbe, idem locus de Palyperno denominatus legitur. Has ego narratiunculas in gratiam Lectoris apposui, ut eas pro libito accipiat.

C A P V T XV.

De Ecclesia S. Mariae in Ara Coeli.

De Ecclesia S. Chrysogoni trans Tyberim.

De Ecclesia S. Petri in Monte Aureo.

De Ecclesia S. Sebastiani.

De Ecclesia S. Marcelli.

HÆ eadem Ecclesiae inter illas à sæpe laudato Magno Constantino hac in alma Urbe constructas annumerantur à Tobia Corona in suo Tractatu de Sacris Templis par. 1. cap. 23. Italico idiomate descripto. At quia nullam adducit auctoritatem, fidem propterea penès ipsum Auctorem relinqui volo.

C A P V T XVI.

De Sacratio Vaticanae Basilicae.

ULTRA superiùs relata Aedificia à nostro Cæsare constructa; Turrigius in suis Cryptis Vaticanis pag. 46. & 47. Templum scribit illud rotundum, quod nunc pro Sacratio Vaticanae Basilicae inservit, antiquitùs Apollinis fuisse templum: postea à Paulo I. Sanctissimo Pontifice in divini cultus honorem consecratum, ut

Anarravimus supra in descriptione ejusdem Vaticanae Basilicae sub num. 155. & lit. d. Deinde idem Turrigius pag. 179. in dubium revocat, an re verà idem templum illud falso numini dicatum fuerit, vel aliud eidem proximum. Quomocumque res se habeat pag. 185. asserit ex Ms. quodam in Archivo ejusdem Basilicae asservato hoc notatum reperiri: *Nunc Sacristia templum rotundum fuit à Magno Constantino exstructum, in quo B. Gregorius Papa Primus recondidit brachium S. Andreae Apostoli, &c.* Quidquid de hac veritate sit, aliis illam è tenebris eruendam relinquo.

C A P V T XVII.

De Basilica SS. Petri, & Pauli, ac Joannis Baptistae in Civitate Ostiensi.

TEMPORIS edacitatem omnia consumere nulla res magis testatur, quàm inclyta, atque antiquissima Civitas Ostiensis ad Tyberis ostia sita, de qua sic Festus: *Ostiam Urbem, ad exitum Tyberis in mare fluentis, Ancus Martius Rex condidisse, & foemineo appellâsse vocabulo fertur.* De hac item Sextus Aurelius ita fatetur: *Ancus Martius Rex Ostiam Coloniam, à maritimis com meatibus opportunam, in Ostia Tyberis deduxit.* Et accuratiùs Isidorus lib. 5. cap. 1. originem, ejus fundatorem, & usum ita describit: *Ancus Martius Urbem in exitu Tyberis condidit, quæ & peregrinas merces exciperet, & hostem terreret, quam ab ipso situ Ostiam appellavit.* De hac quoque meminit Ovidius ubi ait:

Ostia contigerat, qua se Tyberinus in alvum

Dividit, & campo liberiore natat.

Civitas hæc duodecim millia passuum in Meridiem ab Urbe distans à Saracenis destructa, nunc penè ruinis sepulta jacet, habitatoribusque viduata remanet propter cœli inclementiam, cum unâ omnes, numero tamen pauci, aliò commigraverint, itaut ab antiqua sua Civitate ferè milliario remoti sint. In hac ergo Romani Imperii celebri Civitate Religiosissimus Imperator Constantinus pietatis suæ testimonia reliquit, ibidem Ecclesiam ædificans, ut sequentibus verbis in Pontificali libro, Beatique Sylvestri vita narratur: *Eodem tempore fecit Basilicam Constantinus, ex suggestione Sylvestri, in Civitate Hostiensi, juxta portum Urbis Romæ, B. Apostolorum Petri, & Pauli, & S. Joannis Baptiste.* Non leve autem hic posset oriri dubium, videlicet, An Constantinus, vel S. Gallicanus, qui sub Constantino vixit, Basilicæ hujus fuerit Constructor; ita enim in actis Martyrii ipsius Sancti apud Mombritium legitur: *Hic primus in Ostiensi Urbe instruxit Ecclesiam, & dicavit officia Clericorum.* Unde alterutrum dicendum videtur, nempe, vel quòd Auctor libri Pontificalis omnia Sacra Ædificia, tempore Constantini constructa, ipsi Constantino, non autem propriis Ædificatoribus, attribuerit, vel quòd duæ fuerint Ecclesiæ, una quidem à Constantino, altera verò à Gallicano constructa. Cui quidem postremæ opinioni libens subscribo, cum aliam jam tum fuisse Ecclesiam, quando Constantinus suam ædificavit, minimè implicet. Hac in eadem Urbe S. Monicam obiisse S. Au-

gustinus Confessionum lib. 9. cap. 11. his verbis testatur: *Audivi etiam postea, quòd jam cum Ostiis essemus cum quibusdam amicis meis maternâ fiduciâ colloquebatur (Monica scilicet) quodam die de contemptu vitæ hujus, & bono mortis, ubi ipse non aderam, illisque stupentibus virtutem foemine, quam tu dederas ei, quærentibusque, utrum non formidaret tam longè à sua Civitate corpus relinquere? Nihil, inquit, longè est Deo, neque timendum est, ne ille non agnoscat in fine seculi, ut me resuscitet. Ergo die nono egritudinis suæ, quinquagesimo & sexto ætatis suæ, & tricesimo & tertio ætatis meæ anima illa religiosa, & pia corpore soluta est.*

In feralibus autem totius Urbis ruinis loci quoque memoria periisset, ubi sacrum prædictæ Beatæ Monicæ jacebat corpus, nisi ipsa in somniis cuicdam, nomine Andreas, retulisset, ut Bollandus in actis Sanctorum ad diem quartam Maii fusè demonstrat. Cæterum de hac eadem Ecclesia nil aliud referre valemus, cum inter tot, ac tam graves hujusmodi Urbis casus penitus interciderit memoria.

Quibus autem Donariis Augustus noster hanc ditaverit Ecclesiam, sic in dicta B. Sylvestri vita narratur: *Eodem tempore fecit Basilicam Constantinus ex suggestione Sylvestri in Civitate Hostiensi, juxta portum Urbis Romæ, Beatorum Apostolorum Petri, & Pauli, & Sancti Joannis Baptiste, ubi & donum obtulit, patenam argenteam pensantem libras triginta, calices argenteos decem pensantes libras quinque, Amas argenteas duas pensantes sing. libras decem. Phara argentea triginta pensan. singula libras quinque. Scyphos argenteos duos pensantes singulos libras novem. Pate-*

nam

nam argenteam chrisinalem singularem A pensantem libras decem, pelvim ex argento ad Baptismum pensantem libras viginti. Insulam, quæ dicitur Assis in territorio Portuensi, & Hostias possessiones omnes maritimas usque ad digitum Solis præstantem solidos trecentos. Possessionem Græcorum in Territorio Ardeatino præstantem solidos octuaginta. Possessio Quiriti territorio Hostiensi præstans solidos trecentos, & undecim. Possessio Balneolum territorio Hostiensi præstans solidos quadraginta duos. Possessio Nunsula præstans solidos triginta.

C A P V T XVIII.

De Ecclesia S. Joannis Baptistæ
Albanensis Civitatis.

PAREM fortunam penè sortita est Albanensis Civitas, quàm Ostia, cùm Alexandri III. temporibus ferè excidium passa fuerit à factiosis, qui impii AEnobarbi fovebant partes: deinde ab Honorio III. eximiæ Sabellæ Gentis nobili germine resecta. In ea igitur antiquissima Civitate, idem Augustus Ecclesiam ædificavit, ut in supracitato libro Pontificali, ac B. Sylvestri vita hujusmodi verbis describitur: Eodem tempore fecit Basilicam Augustus Constantinus in Civitate Albanensi, videlicet S. Joannis Baptistæ. Qualis autem ejus structura fuerit, referre minimè valemus, cùm destituamur historia, nullaque omnino veteris hujus Ecclesiæ vestigia supersint; nam ea, quæ hoc ævo cernitur Ecclesia, magnam minimè redolet antiquitatem, ut ipsi muri, totaque ædificii architectura testantur; cùm ii ex topho sint, istaque solitis tribus porticibus,

seu navibus carens, ideo à cæteris verè antiquis Ecclesiis diversissima sit. Insuper ejusdem denominatio, quæ D. Pancratii est, longè distat ab antiqua, quæ S. Joannis Baptistæ erat. Igitur cùm de antiqua illa Constantiniana, præter memoriam, nil aliud supersit, ideo donaria ab eodem Cæsare huic Ecclesiæ facta, narrare contenti sumus, quæ in eodem Pontificali libro, ac citata B. Sylvestri vita sic referuntur: Patenam argenteam pensantem libras 30. Scyphum argenteum deauratum, pensantem libras duodecim, calices ministeriales decem pensantes sing. libras tres. Amas argenteas duas pensantes sing. libras viginti. Possessio Laurentina cum adjacentibus campestribus præstans solidos quadraginta. Possessio Molas præstans solidos quinquaginta. Possessio Albanensis cum Lacu Albanensi præstans solidos ducentos, & quinquaginta. Massam Muci præstantem solidos centum septuaginta. Omnia sceneca deserta, vel domos intra Urbem, Albanensi Sanctæ Ecclesiæ donum obtulit Augustus Constantinus. Possessiones Horti præstantes solidos viginti. Possessio Tyberii Cæsaris præstans solidos octuaginta. Possessio Maritanas præstans solidos quinquaginta. Massam Nemus præstantem solidos ducentos & octuaginta. Possessio Armatiani in Territorio Carano præstans solidos centum & quinquaginta. Possessionem Statilianam præstantem solidos septuaginta. Possessionem Mediane præstantem solidos 30.

CAPUT XIX.

De Ecclesia Apostolorum in Urbe Capua, quæ Constantiniana denominata fuit.

EADEM profus, immo fortasse graviora infortunia ac supra-memorata Ostiensis, & Albanensis Urbium Capuana Civitas passa fuit; nam Genfericus Vandalorum Rex anno 455. eam cepit, atque demolivit. Dein ab Ostrogothis fuit occupata, atque his pulsus à Narsete restaurata, iterumque à Saracenis vastata. Tandem à Longobardis sub triginta Ducibus deleta anno 840. & in Monte Trifico, ab eo loco duobus millibus passuum, in quo sita erat, à Landulpho Seniore stirpe Longobardo, veterisque Capuæ Gastaldo, & Comite, sub nomine Sicopolis ædificata; nec multò post, ob multa commorantium facinora, igni tradita est; quam ut ab ea calamitate liberarent Lando Comes, Landulphus Episcopus, cæterique fratres Landulphi filii, ut Erchempertus scribit, novam Capuam, quæ hac tempestate extat, anno 856. condiderunt. Quare de antiqua Capua cum nihil aliud præter memoriam superfit, propterea de magnifica Basilica à nostro Imperatore constructa, quæ Constantiniana appellata fuit, id solùm quod in sæpeditato Pontificali libro, ac B. Sylvestri vita scriptum invenimus, referre valemus, nempe: *Eodem tempore fecit Beatissimus Constantinus Augustus intra Urbem Capuam Basilicam Apostolorum, quam cognominavit Constantinianam.* Paulò post donaria eidem Basilicæ ab eodem Imperatore

attributa, recensentur, videlicet: *Patenas argenteas duas pensantes sing. libras viginti. Scyphos argenteos tres pensantes sing. libras octo. Calices ministeriales 15. pensantes singuli libras duas. Amas argenteas duas pensantes singule libras 10. Candelabra ærea in pedibus denis pensantia singula libras 180. Pharacanthara ex argento triginta, & donum, quod obtulit possessionem in territorio Menterno. Massam Statilianam præstantem solidos trecentos & quindecim. Possessionem in territorio Caietano præstantem solidos octuaginta quinque. Possessionem Paternum territorio Suesano præstantem solidos centum quinquaginta. Possessionem ad centum territorio Capuano præstantem solidos sexaginta. Possessionem in eodem territorio Suesano Gauronicam præstantem solidos quadraginta. Possessionem Leonis præstantem solidos quadraginta.*

CAPUT XX.

De Basilica Apostolorum, & Martyrum, seu S. Restitutæ Neapoli.

NEAPOLIS totius Italiæ clarissima Civitas, Neapolitanique Regni Caput, Civium multitudine, Nobilitateque inclytâ facilè omnes alias superans Civitates, Emporium est celeberrimum, ac Provinciæ Terræ Laboris primaria, quæ ob cœli temperiem, locique amœnitatem, ædificiorum pulchritudine, non immeritò Italiæ Paradisus, naturæque miraculum appellari valet. Olim Parthenopea audit, variis deinde temporum, casuumque vicissitudinibus succubuit, ut plures antiquorum ædificiorum reliquiæ, epitaphia, statuæ, cyppi, columna,

mnæ, aræ, & marmora miris pretiosa A
 sculpturis demonstrant. Nonnullorum
 verò ædificiorum tantum superest me-
 moria, vel eorundem facies adeo est
 immutata, ut propriis in locis ipsa
 quæsitæ non inveniuntur ædificia. Pro
 certo tamen habemus Christianiffi-
 mum Imperatorem eandem hanc Vr-
 bem insigni structurâ celeberrimam
 reddidisse, ut è libro Pontificali, ac sæ-
 pecitata B. Sylvestri vita sequentibus
 verbis docemur: *Eodem tempore fecit
 Basilicam Beatissimus Constantinus
 Augustus in Urbe Neapolitana, cui ob-
 tulit & dona hæc: Patenas argenteas
 duas pensan. sing. libras viginti quinque.
 Scyphos argenteos duos pensan. sing. lib-
 decem. Calices ministeriales 15. pensan.
 sing. lib. duas. Amas argenteas 2. pen-
 san. sing. libras quindecim. Phara ar-
 gentea 20. pensan. singula libras octo.
 Phara ærea 20. pensan. sing. libras de-
 cem. Fecit autem & formam Aquedu-
 ctus per milliaria octo; fecit verò & fo-
 rum in eadem Civitate, & donum ob-
 tulit hoc: Possessionem Machari præstan-
 tem solidos centum quinquaginta; pos-
 sessionem Cymbranam præstan. solidos
 centum & quinque; possessionem Hyr-
 clinam præstan. solidos 108. possessionem
 Affilas præstan. solidos 150. possessionem
 Ninfulas præstan. solidos 90. Possessio-
 nem Insulam cum Castro præstantem
 solidos 80. In cujus autem Sancti hono-
 rem hæc Basilica fuerit dicata, ne ul-
 lum quidem ibidem legitur verbum;
 quare aliis ex Auctoribus est expiscan-
 dum. Quamplurimis verò omissis uni-
 cum hoc tantum sat referre ducimus
 tamquam postremum, omniumque
 fœcundiorum. Is est Bartholomæus
 Chioccarellus, qui anno 1643. de
 Episcopis Neapolitanis luculentum*

edidit tractatum, ibique omnium, qui
 de hujusce Basilicæ denominatione
 tractârunt, refert auctoritates, quarum
 duas tantum, utpote Scriptorum cæte-
 ris antiquiorum, recensere non inutile
 arbitramur, ut cui adherere fatiùs exi-
 stimet, quisque deligat.

Prima Adonis Episcopi Viennen-
 sis est, qui floruit anno 879. Is enim
 in suo opere de sex Mundi ætatibus in
 sexta ætate, Constantinum Neapoli
 Ecclesiam miro opere in SS. Apосто-
 lorum, & Martyrum honorem exor-
 nâsse narrat.

Secunda verò auctoritas est Joannis
 Diaconi Neapolitani, qui anno 870.
 floruit; is in suo Ms. Chronico, quod
 non solum Neapoli, verum etiam in
 inclyta Vaticana Bibliotheca asserva-
 tur; ubi de Zosimo Episcopo agit, de
 Constantino Imperatore sic fatur:
*Quique inter alias constructas Ecclesias
 etiam in Urbe Neapoli Basilicam fecit,
 asserentibus multis quod S. Restituta
 fuisset.*

Ulteriùs dubitandi etiam remanet
 ansa; an ipse Constantinus, vel Hele-
 na ejus mater hanc construxerit Eccle-
 siam, cum in ejusdem altari aureis li-
 teris, Musivo opere expressis, hæc ha-
 beantur.

*Lux Deus immensa postquam descendit
 ad ima*

*Annis trecentis completis, atque pera-
 Etis,*

*Nobilis hoc templum Sancta construxit
 Helena,*

*Hic benè quanta datur venia vix quis-
 que loquatur,*

*Sylvestro grato Papa donante Beato,
 Annis datur Clerus jam instaurator*

*Parthenopensis
 Mille trecentenis undenis, bisq; retensis,*

Quâ

Quâ inscriptione clarè docemur Helenam Ecclesiam hanc excitasse, quod, ut credibile est, contigit anno 324. quo ipsa Romam venit, ubi simul cum Constantino Romanæ Synodo interfuit, vel anno 326. cum Româ discedens Hierosolymam petiit; tunc enim illam venisse Neapolim traditio est, & inscriptiones à Neapolitanis eo tempore appositæ in tabulis marmoreis adhuc extantibus id testantur; quarum altera in Montaneæ sedili sic se habet.

*Piissimæ, ac Venerabili Domine
nostræ Helenæ Augustæ Ma-
tri Domini nostri Victoris sem-
per Augusti Constantini, &
Aviæ Dominorum nostrorum be-
tissimorum Cesarum*

Ordo, & Populus Neapolitanus.

Altera verò apud Jesuitarum Collegium sic.

Piissimæ, ac Clementissimæ

Domine nostræ Augustæ

Helenæ Matri

Domini nostri Victoris

Semp. Augustæ Constantini, & Aviæ

Dominorum nostrorum

Cesarum Beatorum

Uxori Divi Constantini

Ordo Neapolitanus,

& Populus.

At cum ex gravissimorum Scriptorum auctoritate Constantinum ejus Ecclesiæ Fundatorem accipiamus; Helenæ verò in Neapolitanam Urbem adventus apud probatos Scriptores minimè inveniatur, dicendum est, vel Matris, & Filii nomen aliquando confundi solitum, vel inscriptionem apertum errorem continere, & præcipuè, cum eo tempore, quo Ecclesia ista erecta est, appositæ nullatenus fuerit, sed

A ferè mille annis transactis, & fortè ab antiquarum rerum imperitis exarata.

His subdit inde prædictus eruditissimus Chioccarellus, temerè vulgò jactari septem Neapoli erectas à Constantino Ecclesias fuisse, nempe Sancti Georgii ad Forum, S. Januarii ad Diaconiam, SS. Joannis, & Pauli, S. Andree ad Nidum, S. Mariæ Rotundæ; & S. Mariæ ad Cosmedin. Id autem verum esse nequaquam potest, cum unicam tantum Ecclesiam Neapoli Constantinum fundasse dubium non sit, & quarumdam ex illis septem Basilicis, certus alius Fundator post ejusdem Constantini tempora, habeatur. Hæc brevi à nobis tradita ea sunt, quæ ex citato Chioccharello de hac Basilica Constantiniana expiscavimus. Alia, plura desiderantes ipsis Civibus, tamquam de re propria instructionibus, remittimus.

C A P V T XXI.

De Ecclesia B. Mariæ in Gallia.

PIETATEM, Religionem, atque Augustam magnificentiam non solum in hac nostra Italia, verum etiam in Gallia Magnus Constantinus ostendit. Hujus rei testem Gregorium Turonensem habemus, qui de Gloria Martyrum, & Confessorum lib. 1. cap. 9. sic fatur: *Maria Virgo gloriosa Genitrix Christi, ut ante partum, ita Virgo creditur & post partum, quæ, ut supra diximus, Angelicis choris canentibus, in Paradisum, Domino præcedente, translata est. Cujus Basilica ab Imperatore Constantino admirabili opere fabricata renidet; ad quam adductæ columnæ, cum præ magnitudine levari*

non possent, eò quòd esset circuitus earum sedecim pedum, ac diebus singulis casto labore fatigarentur, apparuit artifici Sancta Virgo per visum, dicens: Noli moestus esse; ego enim tibi ostendam, qualiter hæc queant elevari columnæ, & ostendit ei, quæ aptarentur machinæ, qualiter suspenderentur trocleæ, atque funes extenderentur, illud addens: Coniunge tecum tres pueros de scholis, quorum hoc adiutorio possis explere. Quod cum ille evigilans, quæ præcepta fuerant, coaptasset, vocatis tribus pueris ab scholis erexit summâ velocitate columnas. Prestitum est populis spectare miraculum admirandum, ut quod multitudo virorum fortium levare nequiverat, tres pueruli absque virtute perfecti operis sublevarent. Hujus festivitas sacra mediante mense undecimo celebratur. Nam in Oratorio Marciacensis domus, Arverni territorii, ejus reliquie continentur. Arverni nomen est Populi, sive Regionis, cujus Caput est Claromons, Urbs in Galliis celeberrima.

C A P V T XXII.

De Ecclesia S. Mariæ in Vulturella, sive Mentorella Tiburtinæ Dioc.

PRO Sacrarum Ædium, à nostro Christianissimo Imperatore in Occidente constructarum, coronide hic Ecclesiam S. Mariæ in Vulturella, aliàs della Mentorella, Tyburtinæ Diocesis annectimus; licet de certâ ejus foundatione non constet, nec apud Auctores, quos viderim, ulla Constantini Magni hac de re mentio habeatur; attamen bo. mc. P. Athanasius Kircherus à Constantino constructam asseruit, peculiaremque librum com-

posuit, cui titulus: *Historia Eustachio-Mariana*. Quapropter, ut nostræ consuetudinis est, prius, quæ à Kirchero narrata sunt, brevi referemus, mox quid ipsi hac de re sentiamus explicabimus.

Primum igitur, ac præcipuum argumentum Kircheri desumptum est ex antiqua quadam in illis partibus, ubi Ecclesia fita est, traditione, quòd scilicet hoc Ædificium Constantinus Magnus construxerit. Hanc historiam in scriptis redegit quidam Factorius, Poli Oppidi, haud longè ab eadem Ecclesia distantis, Archipresbyter. Scripsit autem hic Italico idiomate, quod Latinitate donatum sic sonat: *In hoc loco certa traditio est admirabilem illam inter cervi cornua Salvatoris apparitionem S. Eustachio venanti accidisse. Quare pro certo etiam habetur, quòd in tanti facti, ac portentosi eventus memoriam gloriosissimus Imperator Constantinus edificavit Ecclesiam hodie de Mentorella appellatam, illamque in honorem Genitricis Salvatoris, Sanctissimus Pontifex Sylvester primus dedicaverit.*

Hanc Factorii narrationem prolixius profequitur, & oratorio stylo Kircherus amplificat, proque ea confirmanda conjecturam educit ex quadam prægrandi lignea tabula, quæ in eadem Ecclesia cernitur, & præter alias figuras amplissimè insculptas, nonnullas habet imagines, nempe S. Sylvestrum cum Diacono, Subdiacono, atque Acolitho, seu aliis Ministris veluti altare consecrantem. In altera verò parte Cervum inter cornua Salvatorem expressum referentem. Nimis autem ab instituto nostro discedere cogemur, si tam diffusam Kircheri de

T

hujus-

hujusmodi tabula narrationem, expli-
cationemque prosequeremur, satis, ac
satiùs sit inscriptionem ejusdem Ta-
bulæ retulisse, quæ sic se habet.

MENO CE
XXIII D
EDICATI
O BEATE MAR
IE X VVI VILLA.

Hanc ita Kircherus interpretatur:
Mense Octobris die 24. dedicatio Beatæ
Marie in VVI. villa. Nos autem sic:
MILLENO CENTENO XXIII.
DEDICATIO BEATAE MA-
RIAE IN VVITVRIS VILLA.

Animadvertendum enim est sextam
literam non esse D. ut exponit Kirche-
rus, sed E, atque ideo *diem* eo denotari
non posse.

Quòd verò hæc tabula duodeci-
mum seculum oleat, non solùm è rudi
opificio deducitur, sed ex ipsius opifi-
cis nomine, quod tale est.

MAGISTE
R GVILIEL
MVS FECIT
OC OPVS.

Nomen enim Guillelmi tempore
Caroli Magni in Italiam illatum fuit,
proptereaque Constantini Cæsaris èvo
prorsus inauditum.

Si autem ipsius Ecclesiæ muros, &
constructionem spectes, nulla alia
tempora indicare videntur, nisi ea, quæ
decimum seculum respiciunt, nam ar-
cus in acutum angulum desinunt, &
fama fert olim prope hanc Ecclesiam
Monachos habitasse, quos quidem ego
Benedictinos fuisse putaverim, ex Mo-
nasterio Sublacensi, septem circiter
milliaria ab hac Ecclesia distanti, qui
Monasticam vitam rigidiori observan-
tiâ, veluti in Eremito ducere cupiebant.

Hæc igitur Ædificia sunt, quæ Ma-
gnus Constantinus in Occidente con-
struxit, sed alia fortasse plura ædifica-
vit, quæ vel ob Scriptorum defectum, vel
ob eorundem notitiam apud omnes jam
oblivioni traditam, seu potius eò quòd
me prorsus lateat, in obscuro jacent,
nec ulla sui reliquerunt vestigia. Nihil
enim tempori impervium est, nihil
vetustati non penetrabile, nihil quod
obnoxium longævæ ætatis edacitati
non sit. Modò autem ex Occidente,
ad Orientem transitum faciamus.

CAPVT XXIII.

*De Ecclesia Sepulcri Domini, sive
Dominicæ Resurrectionis, Mar-
tyrion appellata, Hierosolymis.*

MAIESTATEM, cultumque
Christianæ Religionis ubique
Gentium ampliandi studiosissimus
Constantinus, non solùm in Occiden-
te, ubi Religionis ipsius firmissima,
primariaque est constituta sedes; ve-
rùm etiam in Oriente, præsertim verò
in Palæstina mirifica hujusce studii,
animique testimonia reliquit. Ibi
enim tria augustissima excitavit tem-
pla, ut Eusebius in Oratione de Lau-
dibus Constant. cap. 9. juxta Valefii
versionem his testatur verbis: *In Pro-
vincia Palæstina apud Civitatem, quæ
Hebræorum Regia quondam sedes fuit,
in ipso Urbis Meditullio, ad locum Do-
minici Sepulcri, Basilicam immense
amplitudinis, & Ædem Sacram in
honorem S. Crucis omni magnificentie
genere exornavit. Et monumentum
Servatoris sempiternam memoriâ di-
gnum, illiusque tropea contra mortem
erecta, ornamentis, quæ dicendo exprimi*

requerunt, decoravit. Cumque tria elegisset loca tribus sacris, & mysticis speluncis honorata, singula magnificis edificiis ornavit. Ei quidem speluncæ, in qua Deus primùm apparuit, congruum honorem impendens: in altera autem ultimæ illius Assumptionis in montis vertice illustrans memoriam: in illa verò spelunca, que inter utramque media est, Servatoris nostri certamina, & victoriam extollens. Has omnes speluncas Imperator magnificè exornavit, salutare Crucis signum universis hominibus prædicans. Prima autem Basilica, quam in Palæstinæ Provincia Constantinus erexit, ea fuit Sepulcri Domini, cujus occasione operosis, sumptuosisque ædificiis ea loca illustravit, in quorum altero humani generis Restitutor occubuit, in altero verò Sacratissima Crux à Judæis defossa fuit. Hac de re testimonium habemus ejusdem Eusebii de Vita Constant. lib. 3. cap. 26. & seqq. ubi sic: Impii quondam homines, seu potius universum Dæmonum genus, impiorum hominum operâ, venerandum illud immortalitatis monumentum tenebris, atque oblivione penitus involvere studuerant. Illud, inquam, monumentum, ad quod olim Angelus è Cælo delapsus admirabili luce radians, saxum revolverat ex animis eorum, qui verè saxei erant, & qui viventem Christum inter mortuos adhuc jacere arbitrabantur: felicem nuncium afferens mulieribus, & incredulitatis lapidem à mentibus earum removens, ut opinionem de vita ejus, qui ab illis querebatur, adstrueret. Hanc igitur salutarem speluncam, impii quidam, ac prophani homines funditùs abolere in animum induxerant; stultè admodum opinati, se hoc modo verita-

tem esse occultaturos. Itaque non sine summo labore, plurimâ humo aliunde advecta, aggestaque, totum locum opplere. Quem cum mediocri altitudine extulissent, & lapide constravissent, sub hac tanta congerie sacram Speluncam obtexerunt. Dehinc, perinde ac si nihil amplius ipsis superesset, supra illud solum, infaustum prorsus animarum sepulcrum extruxerunt, obscuram mortuorum simulacrorum cavernam in honorem lascivi Dæmonis, quem Venerem vocant, edificantes. Ubi execranda sacrificia super prophanis, & impuris altaribus offerebant. Id enim quod instituerant, ita demum se perfecturos esse opinabantur, si impuris hujusmodi sordibus salutarem Speluncam obruissent. Miseri enim illud intelligere non poterant, fieri omninò non posse, ut qui de morte victoriam retulisset, hoc ipsorum facinus occultum relinqueret: quemadmodum nec fieri potest, ut sol supra terras radians, & consuetum in cælo cursum peragens, totius generis humani notitiam subterfugiat. Quippe Servatoris nostri potentia longè præstantiori luce resplendens; nec ut sol corpora, sed animos hominum illustrans, totum jam terrarum orbem radiis implebat. Sed nihilominus ea, quæ impii, ac prophani homines adversùs veritatem machinati fuerant, longo temporis spatio permanserunt. Nec ullus ex Præsidibus, aut ex Ducibus, aut ex ipsis etiam Imperatoribus, qui ad tantum scelus eventendum idoneus foret, inventus est, præter unum Deo omnium Regi acceptissimum Principem. Qui divino animatus spiritu, cum supramemoratum locum, omnibus purgamentis, ac sordibus ab adversariis fraudulenter obstructum, & oblivioni penitus traditum esse indignè ferret,

ferret, nec improbitati eorum, qui id moliti fuerant cedendum esse arbitraretur; Dei Adjutoris sui Numine invocato, purgari præcepit: ratus eam maxime soli partem, quam Adversarii contaminassent, sua operâ, ac ministerio divinâ frui magnificentiâ oportere. Simul atque hoc ab Imperatore præceptum est, continuò opera illa, ad fraudem comparata, è sublimi ad solum dejecta sunt; & ædificia, ad decipiendos homines constructa, cum ipsis statuis, ac demonibus diruta sunt, ac dissipata.

Neque tamen hic conquievit Imperatoris alacritas; sed præterea tolli ruta casa, & quàm longissime extra fines regionis projici mandavit. Quod itidem præceptum, protinus executioni mandatum est. Hucusque verò progressus Imperator, nequaquam sibi satisfacit. Sed divino quodam æstu incitatus, jussit, ut loco altissime effosso, solum ipsum, utpote Demonum piaculis contaminatum, simul cum egesta humo quàm longissime exportaretur.

Nec mora; istud quoque, ut jussum erat, impletum est. Postquam aliud solum, locus scilicet, qui in imo erat, apparuit; tunc verò ipsum augustum, sanctissimumque Dominicæ Resurrectionis monumentum, præter omnium spem, refulsit; & Spelunca illa, quæ Sanctæ Sanctorum verè dici potest, Resurrectionis Servatoris nostri quandam expressit similitudinem, cum post situm, ac tenebras, quibus obtecta fuerat, rursus in lucem prodiit, & miraculorum, quæ ibi quondam gesta fuerant, historiam iis, qui ad spectandum confluerant, manifestissime videndam exhibuit; rebus ipsis, quæ omni voce clariùs sonant, Servatoris nostri resurrectionem testata.

His ad hunc modum gestis, confestim

Imperator emissis constitutionibus, & liberali sumptu suppeditato, circa salutarem Speluncam Deo dignum templum regali magnificentiâ exstrui jubet.

Hicce traditis prædicti templi ædificationem, atque structuram luculentissimè idem Eusebius describit; quæ cum apud eundem videri possint, libens prætereo; atque eò libentiùs, quia de hoc, quod hodie extat, templo, apud recentes dubitatur Scriptores, an illudmet sit à Constantino constructum. Horum opiniones in unum collegit, ponderavitque Fr. Franciscus Quaresmius in sua elucidatione Terræ Sanctæ Tom. 2. lib. 5. cap. 5. quem, si plura cupias, Lector, adi. Ita quoque si recentis templi Ichnographiam, Orthographiam, & Scenographiam desideres, eas apud Fr. Bernardinum Amicum reperies, in ejus tractatu Italico idiomate descripto: *Trattato delle Pianta, ed Imagini de' Sacri Edificii di Terra Santa*, cap. 22. & apud Joannem Zuallardo in Hierosolymitano itinere itidem Italicè descripto lib. 3. Silentio tamen prætereundum Architecti tam magni templi nomen non est, cum à B. Hieronymo in Chronico ad annum 30. Constantini Imperatoris, fuisse asseratur Eustathium Presbyterum Constantinopolitanum. In hujus autem templi ædificatione decennium infumptum fuit. Nam à Macario jussu Constantini inceptum, à Maximo verò (qui ambo Hierosolymorum Episcopi fuere) absolutum perhibetur, atque inter eos decem annorum spatium intercessit.

Templum hoc ab ejus Fundatore Constantino Basilica Constantiniana à Scriptorum quàm plurimis denominatur. Cyrillus vero Hierosolymitanus

nus Antistes in Catech. 14. *Ματθ. 14.* hoc est, Testimonium, videlicet Christi Resurrectionis testem, ac monumentum illud appellat. Ut autem magis conjici valeat quanta istius inclyti templi venustas, & magnificentia, quantusve splendor, quantave ipsius Christianissimi Imperatoris in Sacra Aedificia liberalitas fuerit, epistolam ad Macarium Hierosolymorum Episcopum datā, ne Eusebium adire cogaris, hic posui, nempe: *Tanta est Servatoris nostri gratia, ut nulla sermonis copia ad presentis miraculi narrationem sufficere videatur. Nam sacratissime illius passionis monumentum, sub terra jam pridem occultatum tot annorum spatio delituisse, quoad communium hoste sublato, famulis ejus in libertatem vindicatis affulgeret, omnem reverā admirationem superat. Nam, tametsi omnes quotquot ubique terrarum sapientes habentur, in unum coacti aliqua pro hujus rei dignitate dicere instituerint, ne ad minimam quidem ejus partem aspirare posse mihi videntur. Quippe hujus miraculi fides, omnem humane rationis capacem naturam tantum excedit, quantum humanis divina precellunt. Quocirca hic unus mihi, ac precipuus semper est scopus, ut quemadmodum veritatis fides, novis quotidie miraculis inlarefcit, sic etiam mentes omnium nostrum ad Sanctissimę Legis observantiam cum omni modestiā, & concordī alacritate incitentur. Quod quoniam omnibus perspectissimum esse confido, illud tibi inprimis persuasum velim, nihil mihi antiquius esse, quam ut sacrum illum locum, quem Dei jussu turpissima adjectione simulacri velut gravi quodam pondere exoneravi, & qui ab initio quidem Dei judicio san-*

Actus fuit, postea verò multo sanctior effectus est, ex quo Dominice passionis fidem in lucem protulit, cum, inquam, locum fabricarum pulchritudine exornemus. Decet itaque prudentiam tuam singula ad opus necessaria ita disponere, & curare, ut non modò Basilica ipsa omnium, quę ubique sunt, pulcherrima; sed & reliqua membra ejusmodi sint, ut omnes, quantum vis eximie singularum Urbium fabrica, ab hac una facile superentur. Ac de parietum quidem substructione, & elegantia Draciliano amico nostro agenti vices Praefectorum Praetorio, & Praesidi Provinciae scias à me curam esse commissam. Jussit siquidem pietas nostra, ut artifices, & operarii, & quaecunque ad hoc opus necessaria esse ex prudentia tua cognoverint, protinus instante illorum sollicitudine dirigantur. De columnis verò, & marmoribus quaecunque, & pretiosiora, & utiliora esse ipso aspectu judicaveris, cura, ut ad nos perscribas; ut cum ex literis tuis cognoverimus quot, & qualibus opus sit, ea undique possint comportari. Aequum est enim, ut qui prae totius orbis locis maximè admirabilis est locus, pro dignitate sua exornetur. Porrò cameram Basilicę utrum laqueatam, an alio quoquam operis genere faciendam, censeas, certior à te fieri velim; nam si laqueata fiet, auro quoque poterit exornari. Restat igitur ut Sanctitas tuę supramemoratis judicibus quamprimum significet, quot operariis, & artificibus, & sumptibus opus erit, utque ad me celeriter referat, non modò de marmoribus, & columnis, sed etiam de lacunaribus, si hoc opus venustius esse censueris. Divinitas te servet, frater carissime.

Plura alia de ejusdem templi magnifi-

gnificentia addit laudatus Eusebius,^A quæ brevitatis gratiâ omittuntur, cum apud eundem legi possint.

CAPUT XXIV.


De Ecclesia Nativitatis Domini
apud Bethlehem.


CERTASSE inter se dices Helenam matrem, & filium Constantinum in nostra augenda, confirmandaque Religione; adeò in eis pietas, & munificentia, cæteraque Christiani animi dotes eminebant. Testantur hoc, præter alia, duo illa templa, quæ B. Helena, Sacra Palæstine loca invisens, ut extruerentur à filio curavit. Unum quidem in Bethlehem, alterum in Monte Olivarum, ut scilicet non mortis tantummodo, sed etiam Nativitatis, & Ascensionis Dominicæ loca perennibus, atque amplissimis monumentis illustrarentur. Quam ædificationem sub annum 326. accidisse deducitur ex Baronio eodem anno num. 37. De primo igitur ædificio nunc sermo est, de quo laudatus Eusebius in ejusdem Imperatoris vita lib. 3. cap. 43. paucis contentus, hæc narrat: *Dei amantissima Augusta Dei pare Virginis partum eximiis monumentis ornavit, sacram illam speluncam omni cultus genere illustrans. Nec multò post Imperator eandem Domini Nativitatem regalibus donariis honoravit. Variis ex auro, & argento monumentis, velisque acu pictis, Matris suæ cumulans magnificentiam.* Socrates verò lib. 1. Hist. Ecclesiast. cap. 17. Eusebii brevitatem sectatus, sic fatur: *Mater verò Imperatoris, posteaquam ædificasset novam Hierusalem, apud*

Bethleem quoque in spelunca, in qua Christus secundum carnem natus est, alteram Ecclesiam, priore illâ haudquam inferiorem, extruxit. Pauca hæc ex antiquis hisce Scriptoribus haurire potuimus. At supralaudatus Quaresmius in sua Elucidatione Terræ Sanctæ Tom. 2. lib. 6. cap. 6. & seqq. Peregrinat. 2. ejusdem Ecclesiæ statum, copiosè describit. Ipsius verò ædificii Ichnographiam, Orthographiam, & Scenographiam affert præfatus Fr. Bernardinus Amicus cap. 1. & seqq. necnon Joannes Zuallardus; quos cupidus Lector adeat.


Hæc de hujus Ecclesiæ fundatione, nunc ad Musiva opera, successivè eadem in Ecclesia elaborata, descendimus, illorumque exemplar in annexa Tabula XXXIII. referimus, descriptionemque apponimus brevi, quo valeamus, stylo.



Omni tempore erga locum hunc maxima fuit Fidelium devotio, nam Sanctus est, & Domus Dei, Portaque Cæli jure asseri valet; quoniam in eo humani generis Redemptor, mortali carne assumptâ, primò lucem vidit; ad ista enim Orientalia loca Fideles ipsi accedentes, sacram hanc invisunt Ædem, summoque honore eam venerantur. Narratorum certus est testis pulcherrimum Musivum opus duodecimo seculo sub Imperio Emanuelis Magni Imperatoris Porphyrogeniti Comneni extructum. Hujus pulcherrimi Musivi copiam nobis fecit Reverendissimus Pr. Fr. Bernardus Joseph à Jesu Maria Commissarius, Procuratorque Generalis totius Franciscanæ Familiæ Terræ Sanctæ in hac Curia Romana, cui nos adstrictos esse fate-mur, ob peculiarem ejus curam, quæ














ei fuit, ut ex illis longinquis sibi trans-
mitteretur partibus, ad hoc nostrum
ditandum opus. Hic animadverten-
dum est ejusdem Musivi delineatio-
nem ex sinistra ingredientium esse par-
te, cum huic dextera respondens (non-
nullis inscriptionibus exceptis) simil-
lima sit, ideo ista omittitur. At in quo
inter se, quoad inscriptiones, differant,
infra narrabimus. Laudatus Quares-
mius in sua Elucidatione Terræ San-
ctæ Tom. 2. lib. 6. cap. 13. Peregrinat.
2. idem describit Musivum, ideo ab
eodemque Auctore nos narranda de-
sumpsimus. Omittimus tamen cara-
cteres, eodem in Musivo expressos, ut
jacent, referre, cum illis Impressor ca-
reat, eosque efformare nimia esset im-
pensa; quare curiosum Lectorem ad
eundem Quaresmium remittimus,
cum nobis hæc tantummodò indicasse
sufficiat. Devenimus modò ad ejusdem
Musivi operis descriptionem.

Sacratissima hæc Ecclesia, prout
sæpe citatus narrat Quaresmius, olim
pulcherrimis picturis, scripturisque,
exornata erat, quas pro majori parte,
edax devoravit tempus, & Infidelium
barbaries, odiumque in Christianam
Religionem consumpsit. Infra tamen
Ecclesiæ fenestras variè elegantes figu-
ræ, opere Musivo constructæ, ac in
columnis, & inter fenestras aliæ icones
cernuntur appictæ, quas anno 1626.
ipse Quaresmius sic ferè descripsit.

In ostiis Ecclesiæ duæ leguntur
scripturæ, quarum una Arabicis, altera
Armenis verbis, & characteribus ef-
formata est; illa in parte est dextera,
& Aquilonari, in qua legitur Euange-
lium in Missa, quæ ex Arabico in
sermonem Latinum conversa hunc fa-
cit sensum: **COMPLETA FVIT**

A HAEC PORTA DEI AVXILIO
DIEBVS DOMINI NOSTRI RE-
GIS OMNIPOTENTIS, ET MA-
GNIFICI IN VIGESIMO PRIMI
MENSIS ANNI DCXXIV. Hæc
scilicet Armena in læva, & Meridio-
nali parte, ubi in Missa Epistola legi-
tur, quæ in Latinum versa sic sonat:
**ANNO DCLXXVI. ACCOMO-
DATA FVIT PORTA SANCTAE
MARIAE OPERA PATRIS
B** ABRAHAM, ET PATRIS ARA-
CHELI SVB REGNO ERMAN
FILII ETVM CONSTANTINI.
CHRISTVS DEVS AVXILIETVR
ANIMABVS IPSORVM. AMEN.
Quinam fuerint supradicti Reges re-
perire nequaquam potui. Supra hanc
portam interiori parte arborem fuisse
effigiatam idem narrat Quaresmius,
in cujus ramis appicti erant Prophetæ
cum suis de Christo Prophetiis: & in
primis Prophetæ figura est manus suas
tabellis imponens, in quibus hæc ex-
pressa leguntur.

Joel 3. 18. **IN ILLA DYE
STILLABV
MONTES
DVLcEDI
NEM COL
ES FLVEN
LAC ET MEL.**

Amos 8. 9. **IN DIEBVS
OCCIDET
SOL ME
RIDIE ET
TENERE
ERVNT IN
DIE LV
MINIS**

Deinde alterius Prophetæ aliæ
sequebatur figura, schedulam tenens
cum hac inscriptione.

Nahum

Nahum I. 15. ECCE SVP MON-
TES

PEDES EVANGELI-
ZANTIS
ET ANNUNTIAN-
TIS PACE

In superiori hujus sententiæ parte,
alicujus Prophetæ visitur caput, ac
inferiori parte ejusdem Prophetæ pes;
super caput legitur.

EZECHIEL

Ad pedem verò,

IHEASPPHA

Successivè est Balaam cum sequen-
ti inscriptione.

Num. 24. 77. ORIETVR STELLA
EX IACOB ET
GETHDI

Altera est tabella, in qua hæc ex-
pressa cernuntur.

Micheas 5. 2. EXTERV
BTLEEP
FRAAEG
DIE CON
TORIS
ET EGSS
EP AB INI
TIO ETER
NITATIS.
E CELO REX
ADVENIET
P... SECLA
... RVS

Antiquum Baptisterium, quod in
Australi est parte, Græcam hanc habet
inscriptionem.

ΥΠΕΡ ΜΝΗΜΗΣ ΚΑΙ Α
ΝΑΠΑΥΣΕΩΣ ΚΑΙ ΑΦΕ
ΣΕΩΣ ΑΜΑΡΤΙΑΝ *Ω. *Ν. *Ι.
Κε*ΓΗΝΟΟΚΙ ΤΑ ΟΝΟΜΑΤΑ.

* ΓΙΝΩΣΚΕΙ.

Quæ in Latinum versa idioma sic
sonat.

*Pro memoria, & quiete, & remissione
peccatorum O. N. I.*

Dominus agnovit nomina.

Literæ enim asterisco * obsignatæ
ipsa denotare nomina videntur.

Supranarratorum Musivorum ope-
rum exemplar minimè adduximus,
quia ex illis partibus transmissum non
fuit. At modò ad supranarratæ tabulæ
explanationem devenimus. In sinistra
ingredientium parte ad Aquilonem,
tendente immediatè supra columnas
circa trabes, incipiendo à principio
Ecclesiæ, & usque ad extremitatem,
navis continuando, Regum figuræ
Judaici populi, celebriumque Viro-
rum sunt, ex quibus Salvator noster
secundùm carnem descendit, quorum
fit mentio in Euangelio Matthæi, &
Lucæ. Hæ figuræ è capite usque ad
pectus depictæ sunt, ut in præfata ta-
bula videre est à littera A. usque ad
litteram B. Nonnullæ præter diadema
caput coronatum habent. Quòd anti-
qui Heroum capita coronis, diadema-
tibus, circulis, sphaeris, sive umbellis
ornare consueverint, demonstrat cita-
tus Quaresmius lib. 5. cap. 8. Peregrin.
5. pag. 377. & nos fusiùs in nostro
opere de Veter. Monim. part. 1. cap.
14. de Coronis, &c. Supra has figu-
ras usque ad fenestras in quadratis
spatiis sunt figurati arcus veluti por-
ticus, in quorum medio visitur sugge-
stum, sive pluteus, cujus in medio stat
liber Cruce insignitus, ut indicat litera
C. Quid per hunc librum demonstre-
tur, minimè ambigendum esse reor;
Euangeliorum enim librum designat,
cùm apud Christifideles codex iste,
sive volumen semper fuerit maxima
in veneratione habitus, ut fusiùs etiam
diximus in eodem nostro opere Veter.
Monim.

Monim. part. 1. cap. 16. ubi inter cætera ostendimus volumen istud, dum Concilia habebantur, in medio Concilii apponi consuevisse. Prope suggestum, quod & altare denotare autumo, ex uno latere candelabrum cum cereo, ex altero verò thuribulum, quæ humi jacent. Horum situs cum diversus sit ab illo, qui ad præsens in Ecclesiis observatur, cum super altaria candelabra ponantur, inquirendi occasionem præbet, an hæc ad Musivarii placitum expressa fuerint, vel juxta antiquum morem. Quæstionem hanc Joannes Baptista Thiers in suo Tractatu, Gallico idiomate descripto, cui titulus, Dissertations Ecclesiastiques, examinat, ostenditque cap. 19. morem hunc superimponendi candelabra altaribus nisi post decimum seculum introductum fuisse, quod multis probat auctoritatibus.

Hoc eodem in loco literâ C. signato, Græcis characteribus infra scripta leguntur.

* Η ΑΓΙΑ ΣΥΝΟΔΟΣ Η ΕΝ ΑΙΚΥΡΑ ΤΗΣ ΓΑΛΑΤΙΑΣ ΤΩΝ ΙΒ. ΕΠΙΣΚΟΠΩΝ. ΠΡΟΤΗΣ ΕΝ ΝΙΚΑΙΑ. ΟΙΚΟΥ ΜΕΝΙΚΗΣ ΣΥΝΟΔΟΥ ΓΕΓΟΝΕΝ ΧΡΙΣΤΩ ΕΝ ΤΩ ΔΙΟΓΜΩ ΚΑΤΕΚΗΝΩΣ ΡΟΥΚΛΗΗΚΩΝΙ ΕΡΗΤΣΕΙ.

ΟΦΕΛ
ΟΝΔΕ
ΧΘΗΝ
ΑΙΣΠ
ΩΣΩ
ΡΙΣΕΝ
ΗΣΥΝ
ΟΔΟΣ

Ambæ hæ inscriptions à suggesti lateribus sunt.

ΠΕΠΑΤ
ΣΘΑΙΔ
ΕΑΤΤΟ
ΥΣΠΑ
ΣΥΣΤΗ
ΣΙΕΡΑ
ΤΗΚΙΟΔ
ΙΤΣΡΤ
ΙΑΣ

Supradicta Græca inscriptio latinè reddita hæc declarat.

* Sancta Synodus duodecim Episcoporum coacta Ancyrae, Galatie Urbe, ante Oecumenicam Synodum Nicenam celebrata est propter Sacerdotes, & Clericos, qui in persecutione à fide dese-

cerunt, & idolis immolârunt, utrum deberent suscipi: & ita diffiniuit Synodus, sed jussit eos ab omni sacerdotali officio cessare.

Hæc Synodus celebrata fuit anno Christi 314. sub Sanctissimo Pontifice Sylvestro I. occasione quâ persecutio contra fideles orta cessaverat. Orientales propterea Episcopi pacem Fidelibus reddere curantes, ad lapsorum instantiam, qui tormentorum exciderant metu, pro ipsis recipiendis hoc celebrârunt Concilium, de quo Baronius, Panvinus, Labbe, necnon laudatus Quaresmius, hoc eodem in loco, fusiùs agunt.

Proximè huic quadrato aliud non multùm absimile sequitur, ut litera D. indicat. In hujus porticus intercolumniis, ac ab utroque latere suspensa cernuntur vela, quæ nobis in mentem

revocant vela illa expressa in Palatio Theodorici Gothorum Regis, delineata in Musivo opere, quod adhuc cernitur in Ecclesia S. Apollinaris Ravennæ; nam Reges ad fiduciam denotandam, quam ipsi in propria potentia habebant, & in justitia, quam exercebant, non valvis, sed velis tam exteriores, quàm interiores occludebant januas, ut ex vita Silverii Beatissimi Pontificis, à Bibliothecario descripta, colligitur, ubi narrat, Bellisario tunc

Romæ degente, Pontificem ad se accitum fuisse, & ad primum, & secundum velum retinuisse omnem Clerum. Per primum igitur, & secundum velum ipsas januas intelligendas puto, ut censet etiam Alemannus in notis ad Procop. pag. 103. ubi illos, qui velis Principi proximioribus insistebant, Silentarios denominatos fuisse asserit, à silentio ob Principis vicinitatem.

Morem hunc velis ornandi januas ex Gentibus ad Fideles, nempe ad Ecclesias transisse colligo ex nonnullarum, Ecclesiarum propilæis, ubi in columnarum summitatibus ferrea cernitur virga, per quam nonnulli excurrunt annuli, è quibus vela pendebant. Similes virgas ferreas cum annulis habemus in Ecclesiis S. Mariæ in Cosmedin, S. Praxedis, S. Alexii, S. Cosmati, S. Clementis, & forsan aliarum antiquarum. Fuerunt quandoque inter columnas suspensa vela, quod ad ornatum factum fuisse judico, ut in porticu S. Georgii ad Velum aureum, & in Zacchariæ Sanctissimi Pontificis vita apud Bibliothecarium legitur: *Hic in Ecclesia Apostolorum pendentia vela inter columnas ex palleis sericis fecit.* Et in vita Leonis IV. *Fecit vela alba holoserica pendentia inter columnas majores dextrâ, levâque numero* 42. *etc.* Hæc de velis apud nos Latinos dicta sufficiant, licet multa alia de eisdem asseri possent, si laudatus Bibliothecarius excurratur. At quia agitur de Musivo opere in Orientalibus partibus constructo, sicque à Grecis, ut ipsæmet inscriptiones Græco idiomate, Græcisque characteribus exaratae indicant, non abs re erit opinari, ambo præmemorata vela denotare illa, quæ in Græcorum Ecclesiis suspenduntur ad ostium Prothæseos, sive *Προθησεῶν*, seu *μέρο*, ac ad alterum oppositum ostium *νοτίου μέρο* à Grecis appellatum, ut apud Goar in suo Rituali Græcorum pag. 13. videri potest. E velis modò ad alia in eodem quadrato expressa, transitum faciamus. In hujus quadrati medio sub arcu, ut in altero quadrato, cernitur suggestum, sive altare, super quo est codex,

ac à lateribus candelabrum, & thuribulum, in loco verò literâ D. signato infra scripta legitur Græca epigraphe.

H. ANTIOXIA

* ΑΓΙΑ ΣΥΝΟΔΟΣ Η ΕΝ ΑΝΤΙ
ΟΧΕΙΑ ΤΗΣ * ΣΥΡΙΑΣ ΤΩΝ ΑΓ ΕΓΓ
ΣΚΟΠΩΝ ΠΡΟΤΕ ΕΝ ΝΙΚΑ ΟΙΚ
ΜΕΝΚΗC ΣΥΝΟΔΟC ΓΕΓΟΝΕΝ ΚΑ
ΤΑ ΠΑΤΑC ΤC CAMOCATEOC
* ΨΗΛΟΝ ΑΝΟΝ ΤΟΝ ΧΝ ΔΟΓΜΑ
ΠΙCΑΝΤΟC ΤC ΤΟΝ Η ΑΓΙΑ ΣΥΝΟΔΟC
OC ΚΑ CAN
ΚOC TA A
ΦΡ ΠΕΒ
ΟΝΗ ΑΑΑ
ETO

* forte ΣΥΡΙΑC

* ΨΙΑΟΝ

Quam sic in Latinam linguam vertit laudatus Quaresmius.

ANTIOCHIA.

* Sancta Synodus triginta trium Episcoporum habita Antiochiæ, Urbe Syriæ, ante Oecumenicam Synodum Nicenam, coacta est contra Paulum Samosatenum, qui Christum purum hominem fuisse assererat. Hunc Sancta Synodus male sentientem damnavit.

Plura super hoc eodem Concilio, & aliis infra narrandis notavit sæpe laudatus Quaresmius, ideò curiosum Lectorem ad illum remittimus.

Aliud quadratum tertio se offert loco, parùm ab aliis diffimile; itidem in medio habet pulpitem, sive altare, cum codice, ac candelabro, & thuribulo, à lateribus loco velorum sunt duo Cherubin, super quorum caput binæ pendent ardentes lampades, quæ non sine mysterio expressè fuere. Quid per Cherubin denoteretur ostendit Eusebius Episcopus Gallicanus, aliàs Emisenus, qui floruit seculo quinto, in Homilia 5. in Natali Apostolorum, exponens, duos illos Cherubin, qui super testamenti arcam erant positi, ac mutuò se respiciebant versis in propitiatorium

tiatorium vultibus, scientiæ denotare plenitudinem, nempe scientiam illam, quæ in utroque est testamento; Cherubin enim scientiæ plenitudo interpretatur. Quod autem duo Cherubin mutuò se respiciant, amborum testamentorum amicitiam, & concordiam significant, idem ambo testantur, idem ambo dicunt, & prædicant. Plura apud eundem Auctorem de iisdem Cherubin, ac apud Sanctum Eucherium Lugdunensem Episcopum, sive alium Auctorem in Comment. in libros Regum lib. 3. necnon apud Lorinum in Commentar. Num. cap. 7. vers. 89. Quid autem per lampades indicetur diximus in Cap. 21. nostri operis Veter. Monim. par. 1.

In area signata lit. E. ut in aliis quadratis inscriptio legitur Græcis characteribus, eodemque idiomate, ut sequitur.

CAPIKH

* Η ΑΓΙΑ ΣΥΝΟΔΟΣ Η ΕΝ CAPIKH ΤΩΝ ΡΗ ΕΠΙΣΚΟΠΩΝ ΓΕΓΟΝΕΝ ΔΙΑ ΤΟΥΣ ΑΓΙΟΥΣ ΑΘΑΝΑΣΙΟΝ ΤΟΝ ΑΛΕΞΑΝΔΡΙΝΟ ΜΕΛΕΤΙΟΝ ΑΝΤΙΟΧΙΑΣ ΠΑΥΛΟΝ ΚΑΝΤΑΝΙΝΟΥΠΟΛΕΟC ΑΠΟ ΚΑΤΑCΙΝ ΕΝ ΤΟΙC ΙΔΙΟΙC ΑΤΡΟΝΟΙC ΗCΑΝ ΓΑΡ ΑΑΡΙΑΝΕC

* ΚΑΤΑCΤΑ

Quæ Latinè ab eodem Quaresmio versa sic se habet.

SARDICA.

* Sancta Synodus cXL. Episcoporum habita in Urbe Sardica, celebrata est ad restituendos in suas Sedes Sanctos Athanasium Alexandriæ, Meletium Antiochiæ, & Saulum Constantinopoli Antistites, qui ab Arianis expulsi fuerant.

Quartum sequitur quadratum;

A quod aliquam cum secundo habet similitudinem, nam in hoc itidem pendencia vela sunt, super velis, ac columnarum epistilio quoddam cernitur loculamentum, cujus in medio stat candelabrum cum cereo ardente, & ab utraque parte phiala: super loculamentum visitur veluti arcus, in cujus medio stat calix, & prope calicem quidam cernuntur orbiculi, veluti tot panes. Quid per ista hieroglyphica denotetur divinari admodum difficile est; attamen illius explanationem tentabo; postquam inscriptionem in quadrati medio contentam retulero. In loco igitur designato literâ F. ut in aliis similibus delineamentis, hæc legitur Græca inscriptio:

ΓΑΝΓΡΑΙC

* ΑΓΙΑ ΣΥΝΟΔΟC Η ΕΝ ΓΑΝΓΡΑΙC ΤΗ ΜΕΤΡΟΠΟΛΕΙ ΤΩ ΙΕΡΕΠΙCΚΟΠΩΝ ΓΕΓΟΝΕΝ ΚΑΤΑ ΕΥCΤΑΘΙΟC ΤΟC ΕΡΑΙΤΗΚΟC ΦΑCΚΟΝΤΟC ΜΗ ΔΥΝΑC ΘΑΙΤΟC ΕΝ ΓΑΜΩ ΗΚΡΕΟΦΑΓΟΝΤΑC CΘΗΝΑΙ ΤΟΝ ΟC ΚΑΚΟC ΦΡΟΝΙCΑΝΤΑΙ ΑΓΙΑ ΣΥΝΟΔΟC ΜΑΤΙ ΑΝΕΘΕ CΕΝ

Quæ in antiquum Romanum versa sic sonat.

GANGRAE.

* Sancta Synodus quindecim Episcoporum in Gangrensi Metropoli coacta, celebrata est contra Eustathium hereticum, qui docebat eos, qui in nuptiis carnem comedebant salvari non posse. Hunc Sancta Synodus, ut malè sentientem anathemate percussit.

Hieroglyphica superiùs expressa, quæ in annexa tabula ob illorum parvitatem vix dignosci valent, nihilominus in exemplari ab Oriente transmissio, summâque curâ delineato, apprime efformata sunt, ut candelabra cum cereis accensis, phialæ, calices, & panes internoscantur. Hujusmodi ergo

myſteria ad præcitatas nuptias tendere autumo, nam præfatus Hærefiarcha, Eufthathius, inter alias ſuas impias aſſertiones, nuptias damnabat, Virumq; cum Uxore dormientem execrabatur, edentes carnes culpabiles eſſe jaſtabat, itemque contemnendas eſſe Agapes à Fidelibus fieri ſolitas, & alia ſimilia deliramenta, ut apud Baronium anno 361. num. 55. quæ maximam connexionem cum luminibus, ſialis, calicibus, panibusque habere dignoſcuntur.

Ad quartum quadratum quintum accedit, quod ut alia antecedentia eſſe formatum eſt, in columnis, quæ vitineæ ſunt, differens, vetaque ad ornatum à columnarum capitibus pendentia; in medio pariter habet pulpitem cum codice, ac à lateribus candelabrum, & thuribulum; in medio, ubi eſt expreſſa litera G. ſequens legitur Græca inſcriptio.

ΛΑΟΔΙΚΕΑ
 * ΑΓΙΑ ΣΥΝΟΔΟΣ Η ΕΝ ΛΑΟΔΙΚΕΙΑ ΤΗΣ ΦΡΥΓΙΑΣ ΤΩΝ ΚΕ ΕΠΙΣΚΟΠΩΝ * ΤΕΓΩΝ ΔΙΑ ΜΟΝΤΑΝΟΝ ΚΕΚΑΙΛΟΙ ΠΙΑΣ ΕΡΕΣΕΙΣ * ΤΩΣ ΑΙΡΕΤΙΚΟΥΣ ΚΑΙ ΕΧΘΡΟΥΣ ΤΗΣ ΑΛΕΘΕΙΑΣ Η ΑΓΙΑ ΣΥΝΟΔΟΣ ΑΝΕΘΕΜΑΤΙ
 CEN

* ΤΕΓΩΝΕΝ
 * τέρες

Quæ Latio donata ſic ſe habet.

LAODICEA.

✠ Sancta Synodus 25. Episcoporum Laodiceæ, Urbe Phrygiæ coacta, celebrata eſt ob Montanum, & reliquas hæreſes. Hos ut Hæreticos, & veritatis hoſtes Sancta Synodus anathemate feriit.

Ultimum ſequitur quadratum, ab aliis diverſum, cùm tres tantum columnas contineat, ac diverſæ architecturæ, & formæ. Duo inſuper viſuntur ſuggeſtus, quorum alter à lateribus

A thuribula, alter verò candelabra habet, utpote etiam codices eis ſuperimpoſiti cernuntur; ſolita verò inſcriptio, literâ H. notata, ſic ſe habet.

ΚΑΡΤΑΓΕΝΑ
 * Η ΑΓΙΑ ΣΥΝΟΔΟΣ Η ΕΝ ΚΑΡΤΑΓΕΝΙ ΤΗΣ ΑΦΡΙΚΗΣ * ΕΠΗ ΤΩ ΑΓΙΟΥ * ΚΥΠΡΙΑΣ ΤΩΝ Ν ΕΠΙΣΚΟΠΩΝ * ΣΥΝΙΟΥΡΤΩΝ ΕΠΙ * ΚΑΘΑΙΡΕΘΕΙ. ΝΑΤΑΤΕ ΤΟ ΑΜΕΤΑΝΟ ΗΤ * ΟΧΗΑΤΟΣ ΤΟΥΤΟ ΝΗ * ΑΓΙ ΣΥΝΟΔΟΣ * * * * * ΟΣ ΕΡΕΤΙΚΟΝ * ΑΠΕΒΑ * * *
 * ΕΠΙ
 * ΚΥΠΡΙΑΝΟΥ
 * ΣΥΝΗΘΡΟΙΣΘΗ
 * ΚΑΘΑΙΡΕΣΕΙ
 * ΟΖΗΣΑΝΤΟΣ
 * ΑΓΙΑ
 * ΩΣ ΑΙΡΕΤΙΚΟΝ
 * ΑΠΕΒΑΛΕ

Quæ ſic in Latinam translata linguam denotat.

CARTHAGO.

✠ Sancta Synodus quinquaginta Episcoporum ſub Sancto Cypriano Carthagine Africa Urbe celebrata, coacta, eſt contra Novatum, qui poenitentia remedium peccantibus adimebat. Hunc Sancta Synodus, ut hæreticum, rejecit.

Hucusque, quæ hac in Aquilonari parte in annexa tabula expreſſa obſervatione digna cenſuimus, explicavimus; modò ad alteram meridionalem, cujus delineatio, ut diximus, minimè tranſmiſſa fuit, cùm aſſeratur, quòd præfata Septentrionali ſimillima ſit, ſolummodo in inſcriptionibus differens, ideò hujusmodi aſſertioni quieſcere cogimur, & inſcriptiones in eadem Meridionali parte contentas, referre ducimus, quas ex laudato Quareſmio deſumimus.

Primum igitur quadratum Oecumenici Niceni Concilii deſcriptionem continet, ut ſequitur.

* Η ΑΓΙΑ ΣΥΝΟΔΟΣ Η ΕΝ ΝΙΚΑΙΑ ΤΩΝ *ΤΗΝ ΑΓΙΩΝ ΠΡΩΝ ΚΑΤΑ ΑΡΕΙΟΥ ΤΟΥ ΔΟΓΜΑΤΙΚΑΝΤΟΣ ΚΤΙΣ ΤΟΝ ΤΟΝ ΤΟΝ ΚΑΙ ΛΟΓΟΝ ΤΟΥ ΘΥ. ΣΥΝΗΘΟΙΣ ΘΗΕΠΙ *ΚΩΝΣΤΑΝΤΗΝΟΥ ΤΟΥ ΜΕΓΑΛΟΥ ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΕΡΙΣΕΝ ΔΕ Η ΑΓΙΑ ΣΥΝΟΔΟΣ ΚΑΙ ΜΟΛΟΓΙΣΕΝ ΤΟΝ ΜΟΝΟΓ ΕΝΗ ΤΟΝ ΚΑΙ ΛΟΓΟΝ ΤΟΥ ΘΥ ΔΙ ΤΑ ΠΑΝΤΑ ΕΓΕΝΕΤΟ ΣΥΝΑΙΔΙΟ Ν ΚΑΙ ΟΜΟΟΥΣΙΟΝ ΤΩ ΠΡΙ ΓΕΝΝΗ ΘΕΝΤΑ ΟΥ ΠΟΙΗΘΕΝΤΑ ΚΑΙ ΑΝ ΕΘΕΜΑΤΙΣΕ ΜΑΡΕΙΟΝ.

* ΤΗΝ.
* ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΥ.

Quæ pariter latinè verfa hunc refert fensum.

✠ Sancta Synodus 318. Sanctorum Patrum Nicææ celebrata contra Arium, qui Verbum, & Filium Dei creaturam afferebat, & acta est tempore Magni Constantini Imperatoris. Definivit autem Sancta Synodus, & confessa est, Verbum, & Unigenitum Filium Dei, per quem omnia facta sunt, coæternum, & consubstantialem Patri, genitum esse, non autem factum. Et anathema in Arium intorsit.

Secundum quadratum Constanti-
nopolitanæ Oecumenicæ Synodi gesta refert his verbis.

* Η ΑΓΙΑ ΣΥΝΟΔΟΣ Η ΕΝ ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΥΠΟΛΕΙ ΤΩΝ ΡΗ ΑΓΙΩΝ ΠΡΩΝ ΚΑΤΑ ΜΑΚΕΔΟΝΙ & Τ & ΠΙΝΕΥΜΑ ΤΟΜΑΧ & Τ & ΒΛΑΣΦΗΜΗΣΑΝ ΤΟΣ ΕΙΣ ΤΟ ΠΝΑ ΤΟ ΑΓΙΟΝ & ΑΠΟΛΙ ΝΑΡΙ & Τ & ΕΠΙΟΝΤΟΣ ΜΗ ΕΙ ΛΗΦΕΝΑΙ ΤΟ ΝΚΝ ΝΩΝ ΑΝΘΡΩ ΠΕΙΝΟΝ ΣΥΝΗΘΟΙΣΟΙ ΕΠΙ ΘΕΟΔΟΣΙ & Τ & ΜΕΓ ΑΛΟΥ ΕΡΙΣΕ ΔΕ Η ΑΓΙΑ ΣΥΝΟ ΔΟΣ & ΜΟΛΟΓΙΣΕΝ ΤΟ ΠΝΑ ΤΟ ΑΓΙΟΝ ΤΟ ΕΚ Τ & ΠΡΟΣ ΕΚΠΟΡΕΤΟΜΕΝΟΝ ΚΥΡΙΟΝ & ΖΩΟΠΟΙΟΝ ΟΜΟΪΟΝ ΤΩ ΠΡΙ & ΤΩ ΓΩ ΣΥΝΗΠΡΟΣΚΙΝ ΜΕΝΟΝ ΤΕ & ΣΥΝΔΟΞΑ ΖΟΜΕΝΟΝ & ΑΝΕΘΕΜΑΘΙΣΕ & ΑΠΟΛΙΝΑΡΙΟΝ.

* ΑΝΕΘΕΜΑΤΙΣΕ.

Quæ Latinis tradita sic loquitur.

A ✠ Sancta Synodus Constantino-
politana 150. Sanctorum Patrum con-
tra Macedonium Pneumatomachum,
qui blasphemis suis Spiritus Sancti Di-
vinitatem violavit; & contra Apolli-
narium, qui dixit, mentem humanam,
non fuisse à Domino assumptam, collecta
est sub Magno Theodosio. Definivit au-
tem Sancta Synodus, & confessa est, Spi-
ritum Sanctum procedentem ex Patre,
B Dominum, & vivificantem, consubstan-
tialem esse Patri, & Filio, & cum iis
simul adorari, & glorificari; & Apol-
linarium quoque anathemate percussit.

Tertium quadratum Oecumenici
Ephesini Concilii acta designat sic.

* Η ΑΓΙΑ ΣΥΝΟΔΟΣ Η ΕΝ ΕΦΕ
ΣΩ ΤΟ ΠΡΟΤΕΡΟΝ ΤΩΝ Σ. ΑΓΙ
ΩΝ ΠΡΩ ΤΑΤΑ * ΣΤΟΡΙΟΥ
Τ & ΔΙΕΛΟΝΤΟΣ ΤΟΝ ΧΝ ΕΙΣ ΔΥ
Ο ΥΠΟΣΤΑΣΕΙΣ & ΜΗ ΟΜΟΛΟΓΗ
ΣΑΝΤΟΣ ΤΗΝ ΜΡΑ ΤΟΥ ΚΙ ΘΚΟΝ
ΣΥΝΗΘΟΙΣΟΝ ΕΠΙ ΘΕΟΔΩ
ΣΙΟΥ ΤΟΥ ΜΙΚΡΟΥ
ΕΡΙΣΕ ΔΕ Η ΑΓΙΑ ΣΥΝΟΔΟΣ
& ΜΟΛΟΓΗΣΕΝ ΤΟΝ ΤΝ ΤΟΥ
ΘΥ ΤΟΝ ΜΟΝΤΕΝΗ * ΚΑΤΕΝΤΟΝ
ΤΑ ΕΚ ΤΩΝ & ΝΩΝ Σ ΑΡΚΩΘΕΝ
ΤΑ ΕΚ ΠΙΝΣ * ΑΠΑ & ΜΑΡΙΑΣ * ΗΣ
ΠΑΡΘΕΝΟΥ & ΕΝΑΝΘΡΩΠΗ
ΣΕΤ & Ν ΚΑΘΥΠΟΣΤΑΣΙΝ ΕΝΩ
ΟΙΝ & ΤΗΝ ΤΕΚΟΥΣΑΝ ΑΥΤΟΝ
ΘΚΟΝ & ΑΝΕΘΕΜΑΤΙΣΕ ΝΕΣΤΟΡΙ
ΟΝ

* ΩΜΩΛΟΓΗΣΕΝ.

* ΚΑΤΕΛΘΟΝΤΑ.

* ΑΓΙΟΥ. * ΤΗΣ.

Quæ in Latinum verfa idioma hæc referunt.

D ✠ Sancta Synodus Ephesina prius
ducentorum Sanctorum Patrum sub
Theodosio Juniore, coacta est contra Ne-
storium, qui Christum in duas personas
dividebat, & Matrem Domini Dei pa-
rentem non fatebatur. Definivit autem
Sancta Synodus, & confessa est Unige-
nitum Dei de cælis descendisse, & in-
carnatum fuisse de Spiritu Sancto ex
Maria Virgine, & humanatum fuisse
secun-

secundum unionem hypostaticam, & A
eam, quæ ipsum peperit, Deiparam esse,
& Nestorium anathemate percussit.

Quartum quadratum Chalcedonensem Oecumenicam Synodum describit, sic loquens.

* Η ΑΓΙΑ ΣΥΝΟΔΟΣ Η ΕΝ
ΧΑΛΚΗΔΟΝΙ ΤΩΝ ΧΑ ΚΑ
ΤΑ ΕΥΤΥΧΟΥΣ & ΔΙΟΣΚΟΡΟΥ
ΤΩΝ ΑΡΝΗΘΕΜΕΝΟΝ ΕΙΝΕ ΔΥ
Ο *ΦΥΣΕΘ ΕΝ ΤΩ ΧΘ ΟΤΗΝΤΕ ΘΕΙ
ΑΝ & ΑΝΙΝΝ. ΣΥΝΘΕΡΟΙΣΘΗ &
ΠΙ ΜΑΡΚΙΑΝΟΥ ΚΕ ΠΟΥΛ
ΧΕΡΙΑΣ

ΘΡΩΠΕΝ ΔΕ Η ΑΓΙ ΣΥΝΟ
ΔΟΣ & ΟΜΟΛΟΓΗΣΕΝ ΔΥ
Ο ΦΥΣΕΙΣ ΕΝ ΤΩ ΧΘ ΘΕΙΑΝ
ΤΕ & ΑΝΘΡΩΠΙΝ ΗΝ ΕΝ ΜΙΑ
ΤΗΣΟΤΑΤΕΙΑ ΣΥΝ ΧΥΤΩΣ
& ΑΔΙΑΙΡΕΤΩΣ ΚΑΙ ΑΝΕΘΕ
ΤΙΣΕΝ ΙΥΤΥΧΗ ΚΑΙ ΔΙ

* ΦΥΣΕΙΣ. ΟΣΚΟΡΟΝ.

Quæ Latinè transcripta sic sonat.

✠ Sancta Synodus Chalcedonensis
DCI. Patrum contra Eutychem, &
Dioscorum, qui negabant duas naturas
esse in Christo, Divinam videlicet, &
humanam, coacta est sub Marciano, &
Pulcheria. Definivit autem Sancta
Synodus, & confessa est duas naturas
in Christo, Divinam scilicet, & huma-
nam in una persona, sine confusione, ac
divisione, & anathemate feriit Euty-
chen, & Dioscorum.

Quintum quadratum, quintum
Oecumenicum Concilium refert his
verbis.

* Η ΑΓΙΑ ΠΕΜΠΤΗ ΣΥ
ΝΟΔΟΣ ΤΩΝ ΕΚΑΤΟΝ ΕΞ
ΗΚΟΝΤΑ ΤΕΣΑΡΩΝ ΕΠΙΣ
ΚΟΠΩΝ Η ΓΕΝΟΜΕΝΗ ΚΑΤΑ
ΤΩΝ ΟΜΟΦΡΟΝΩΝ ΝΕΣΤ
ΟΡΙΟΥ ΕΤΙΤΕ ΚΕ ΘΡΩΠΕΝ
ΟΥΣ ΤΟΥ ΦΗΣΑΝΤΟΣ *ΠΡΟΥ
ΠΑΡΞΗΝ ΚΕ ΑΠΟΚΑΤΑΚΤΑ
ΙΝ ΨΥΧΩΝ ΣΥΝΘΕΡΟΙΣΘΗ
ΕΠΙ ΙΟΥΣΤΙΝΙΑΝ & ΜΕΓΑΛ
ΕΒΕΒΑΙΩΣΕ ΔΕ Η ΑΓΙΑ ΣΥ
ΔΟΣ ΚΕ ΕΚΤΡΩΣΕ ΤΑΣ ΠΡ
Ο ΑΥΤΗΣ ΚΕ ΟΜΟΛΟΓΗΣΕ Τ
ΗΝ ΜΗΤΕΡΑ ΤΟΥ ΚΥΡΙΟΥ ΘΕΟΥ
ΟΚΟΝ *ΑΝΕΜΑΤΙΣΑΝ Ν
ΕΣΤΟΡΙΟΝ ΚΕ ΤΟΥΣ ΟΜΟΦ

ΡΟΝΑΚ ΑΥΤΩ ΚΕ ΘΡΩΠΕΝΗΝ
ΤΟΝ ΕΙΡΗΚΟΤΑ *ΠΡΟΥΠΑΡ
ΞΗΝ ΚΕ ΑΠΟΚΑΤΑΚΤΑΙΝ
ΨΥΧΩΝ

* ΠΡΟΥΠΑΡΞΗΝ.
* ΑΝΑΘΕΜΑΤΙΣΑΣΑ.
* ΠΡΟΥΠΑΡΞΗΝ.

Quæ pariter Latio donata hunc fa-
cit sensum.

Quinta Synodus CLXIV. Episcoporum,
quæ habitata est contra sectatores Nesto-
rii, & contra Origenem, qui asseruit
animas hominum existere ante corpora,
& omnes postremò salvatum iri. Coacta
est sub Magno Justiniano. Hæc autem
Sancta Synodus approbavit, & confir-
mavit alias Synodos ante ipsam habi-
tatas, & confessa est Matrem Domini
Dei parentem, atque anathemate feriit
Nestorium, & qui cum ipso sentiunt,
& Origenem, qui dixit animas existere
ante corpora, & eas postremò salvatū iri

Ultimum denique quadratum sex-
tam pariter Synodum sic refert.

* Η ΑΓΙΑ ΕΚΤΗ ΣΥΝΟΔΟΣ
Η ΓΕΝΟΜΕΝΗ ΚΑΤΑ ΤΑ ΣΕΠΤ
ΚΕ ΚΥΡΟΥ ΤΩΝ ΦΡΟΝΗΣΑΝ
ΤΩΝ ΕΝ ΘΕΛΗΜΑ ΚΑΙ ΜΙΑΝ Ε
ΝΕΡΓΕΙΑΝ ΕΠΙ ΤΩΝ ΔΥΟ *ΟΥΣΙΩΝ
ΤΟΥ ΧΡΙΣΤΟΥ *ΣΥΝΘΕΡΟΙΣΘΗ
ΤΟΥ ΧΡΙΣΤΟΥ ΣΥΝΘΕΡΟΙΣΘΗ
ΕΠΙ ΚΑΝΤΑΝΤΙΝΟΥ ΤΟ
Υ ΕΓΓΟΝΟΥ ΗΡΑΚΛΕΙΟΥ
ΕΒΕΒΑΙΩΣΕ ΔΕ Η ΑΓΙΑ ΣΥΝ
ΟΔΟΣ ΚΕ ΕΚΤΡΩΣΕ ΤΑΣ ΠΡΟ
ΑΥΤΗΣ *ΟΜΟΛΟΘΗΘΑΣΑ ΤΑ Φ
ΥΣΙΚΑ ΙΔΙΩΜΑΤΑ ΤΗΣ ΘΕΟΤΗ
ΤΟΣ ΚΑΙ ΑΝΘΡΩΠΟΤΗΤΟΣ ΤΟΥ
ΧΡΙΣΤΟΥ Η ΓΟΥΝ ΔΥΟ ΘΕΛΗΜΑ
ΤΑ ΚΕ ΔΥΟ ΕΝΕΡΓΕΙΑΣ ΚΕ Α
ΝΕΘΕΜΑΤΙΣΕ *ΣΕΡΠΙΟΝ ΚΥΡΟΥ

* ΟΥΣΙΩΝ.

* Tria ista verba videntur abundare.

* ΟΜΟΛΟΓΗΣΑΣΑ.

* ΣΕΡΠΙΟΝ.

Quæ itidem in vetustum Roma-
num translata sermonem sic se habet.

✠ Sexta Sancta Synodus habitata
contra Sergium, & Cyrum, qui uni-
cam voluntatem, & unam operationem
in duabus Christi substantiis inesse sen-
tiebant,

tiebant, collecta est sub Constantino Heraclii nepote. Approbavit autem Sancta Synodus, & confirmavit alias Synodos ante ipsam habitas; & confessa est naturalia idiomata Divinitatis, & Humanitatis Christi, id est duas voluntates, & duas operationes: atque anathemate percussit Sergium, & Cyrillum.

Hæc breviter de Musivis operibus, inscriptionibusque in utraque parte navis majoris hujus inclytæ Ecclesiæ extantibus. Modò ad alia, ab eodem Quaresmio descripta, quorum exemplar minimè accepimus, attamen illorum relationem cum explicatione, ut hæcenus fecimus, omittere nolimus.

Primo loco se offert sequens inscriptio, quæ etiam Sacram refert Synodum, non Græcis literis, ut præcedentes, exarata, sed majoribus Latinis valde abbreviatis, & non parùm à temporis edacitate corrofis, ac deficientibus, veruntamen ex superstitibus plenè dignoscitur Oecumenicæ Synodi septimæ mentionem facere. Quoniam verò loco ista expressa sit, Quaresmiius silet. Illius tamen tenor, qui scitu est dignus, sequens est.

SCA SYNOD⁹ NIENA. II.
CCC. LXVII. PATRV CON-
TRA IMPVGNATORES
SCARV YMAGINV CO-
GREGATA SVB CON-
STANTINO. ET YRENA
MATRE EI⁹. DECREVIT
AVT SCA. SYNODVS VT
SCOR YMAGINES OB
IPSO^R VENERATIONE.
HONOREN^R QVE ADMO-
DV SEE CRVCIS SIGNVM

APPC CRVCIFIXI RECENTIA
RANT. ANATHEMATIZAN
OOOV
COSTANTINS. IMPIISSIM
RES: ANVSTASIV ETIA. ET O
NTS. ATQ NICITVT...
TINOPOLITAA...
CESNOIC...
RVYM...

Ut autem omnis, sic abbreviatis dictiones legendi, cura tollatur, en accipe quæ supradicta refert inscriptio.

Sancta Synodus Nicæna II. trecentorum sexaginta septem Patrum, contra impugnatores Sacrarum Imaginum, sub Constantino, & Trena Matre ejus. Decrevit autem S. Synodus, ut Sanctorum Imagines, ob ipsorum venerationem, honorentur, quemadmodum Sanctæ Crucis signum, propter Christi Crucifixi recentiam, venerantur, anathematizavit Leonem, & Constantinum impiissimos Imperatores, Anastasium etiam, & Constantinum, atque Nicetam Patriarchas Constantinopolitanos. reverentiam.

Nonnullas literas immutavimus, alias verò supplendo divinati fuimus, quod Quaresmiius, propter difficultates, omisit.

In Ecclesiæ capite, ac fornice magnæ cappellæ, dextrâque parte est Angelus Gabriel Virginem salutans, quæ in opposita læva parte cernitur. In ipso arcu imagines David, & Abraham cum sequentibus inscriptionibus sunt, quas magna in parte temporis devoravit voracitas. Quæ supersunt hîc infra cernes.

SCS GABRI
HLIS
X P. PhA
AVE MARIA GRATIA PLENA
.. EC.

... ECCE ANCILLA

SCDM VER...

ABRAHAM.

Dextera in parte ejusdem Cappellæ Apostoli sedentes adhuc visuntur, & ut opinatur Quaresmius, olim etiam Spiritus Sancti adventus in die Pentecostes super Deiparam Virginem, Sanctosque cernebatur Apostolos: nulla sub iis figuris legitur inscriptio.

In læva verò parte cernuntur Christi Apostoli, Sanctæque Dei Genitricis cadaver ad tumulum in feretro deferentes, cum infra scriptis notis.

COMES HOSTIS ET INRETATIS
ET GRECIS IMPERITABAT
HIC ECCLESIAM e DOCEBAT
SEPREM FERTVR FECISSE TV
AVTEM.

Quid per has denotetur notas Quaresmius, licet esset in facie loci, explicare omisit. Ego autem absens, & inscriptionem mutilam, ac erratam existimans, illius sensum exponere, nec audeo, nec valeo, ideo ad aliam.

Præsentatio Domini sequitur, nempe Virgo Maria offerens Filium suum in templo post suam purificationem secundum legem, ut infra docet Græca scriptura.

* ΕΤΕΛΗΘΗ ΤΟΝ ΠΑΡΟΝΕΡΓΟΝ ΔΙΑ ΧΣΡΟΣ
ΦΡΑΙΜΑ * ΗΣΤΟΡΙΟΓΡΑΦΩΙ ΜΕΓΑΛΟΤΟΡΟ
ΕΠΙ ΤΗΣ ΒΑΣΙΛΕΙΑΣ ΜΑΝΗΑ ΜΕΓΑΛΩ
* ΒΑΣΙΛΕΥΣ ΠΟΡΦΥΡΟΣ ΓΕΝΝΗΤΩ ΤΩ ΚΟΜΝΗΝΟΥ
ΚΑΙ ΕΠΙ ΤΑΣ ΗΜΕΡΑΣ ΤΩ ΜΕΓΑΛΟΥ ΡΗΓΟΣ ΙΕΡΟ
ΣΟΛΥΜΟΝ ΚΥΡΩ ΑΜΜΟΡΙ
ΚΑΙ ΤΟΥ ΤΗΣ ΑΓΙΑΣ ΒΗΘΛΕΕΜ ΑΓΙΩΤΑΤΩ
ΕΠΙΣΚΟΠΩ ΚΥΡΩ ΡΑΛΛΙΝΕΤΩ * Λ. ΧΟΖ
ΙΝΔΙΚΤΗΟΝ Β

* ΕΤΕΛΕΙΩΘΗ ΤΟ.
* ΙΣΤΟΡΙΟΓΡΑΦΟΥ.
* ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΠΟΡΦΥΡΟΓΕΝΝΗΤΟΥ.
* Χ. ΧΟΖ.

Quæ Latinè reddita sic se habet.

*Absolutum est hoc opus per Ephrem
pictorem, & Musivi operis artificem,
sub Imperio Emmanuelis Magni Impe-*

*Aratoris Porphyrogenitæ Comneni, &
in diebus Magni Regis Jerosolymorum
Domini Ammorii, & sanctissimi Epi-
scopi S. Bethleem Domini Raulineti
A. 677. Indict. 2.*

Supradicti anni 677. utpote etiam anni 676. & 624. qui in hujus Musivi operis explicatione reperitur expressus, quænam supputatio sit, multis per me factis diligentibus, reperire minimè potui. Animadverti tamen hujus inscriptionis translationem ad prototypi sensum minimè factam esse, nam ex Græcis characteribus ΧΟΖ. litera Χ. si Scapulæ standum sit, numerum 600. significat, ut interpretatus fuit Quaresmius; si verò Amerotium sequamur, millenarium denotat, cum hac tamen distinctione, quòd si numerus magno caractere, scilicet Χ. exprimat, tunc millenarium; si verò caractere, ut dicitur, *constituo*, scilicet χ. numerum 600. indicat. Igitur in hac inscriptione potius An. 1076. interpretarer, quàm 677.

In horum igitur characterum interpretatione valde dubito sæpè citatum Quaresmium non solum in illorum aberrasse interpretatione, verum etiam in transcriptione unum pro altero expressisse; quod fortasse accidit, aut quia characteres malè sunt efformati, aut longâ temporis serie quodam veldamine obducti, sive in aliqua parte mutili, sive in eminentiori loco positi, ita ut discerni minimè possint. Ex his igitur causis transcribens illos divinare coactus fuit. Hæc indicare duximus, quia Emanuel Porphyrogenitus Comnenus Imperii sceptrum assumpsit anno 1143. qui minimè cum supradicto anno 677. concordat. Diu quisnam Ammorius Rex Hierosolymorum fuerit

auerit perquisiuius; at illum reperire A
 minimè potuimus; cogitauimus tamen
 fuisse Almericum Comitem Afcalo-
 nensem, qui in Regno Hieresolymita-
 no Balduino III. anno 1163. successit,
 regnavitque per annos decem: inqui-
 siuimus etiam, quo tempore Bethlemi-
 tanam Ecclesiam prememoratus Rau-
 linctus rexerit, eundemque etiam
 haud reperiuimus, cum destituamur
 historia, licet Fratres Sammarthani in
 sua Gallia Christiana, in fine Episco-
 porum Autissiodorensium, Bethlemi-
 tanæ Ecclesiæ foundationem, cum Epi-
 scoporum catalogo ponant, quorum
 primus est Regnerius, qui vixit anno
 1223. non tamen primus in Episco-
 patu, sed primus, quem ex historiis ipsi
 Auctores potuerint reperire. Modò
 eò se conferat, unde noster sermo dis-
 cessit.

In dextero cornu, & Aquilonari C
 Ecclesiæ, depictum cernitur ingens
 Palatium, siue folium quibusdam co-
 lumnis innixum: ibi porta, ubi Chri-
 stus, & discipuli ejus cum Thoma, cui
 ostendens lateris vulnera dixit, ut se-
 quitur.

IANVIS CLAVISIS
 IN GI
 FER DI TV
 VM
 hVC

Sequitur Ascensio Domini: ubi D
 Virgo Maria, & Discipuli aspicientes
 in coelum visuntur, & sequens legitur
 scriptura.

ASCENSIO
 XVII VIRI GALILEI QD STATIS
 ASPICIENTE IN CELVM
 HIC IHS QASVTS E SIC VE
 NI EX QEADMODV VIDSTS
 EVS

In cornu sinistro, & Meridionali
 Ecclesiæ sunt aliqua non contemnen-
 da fragmenta. Et primò in fornice
 Meridiem versùs Magorum est Ado-
 ratio, Angelus eos ducens per aliam
 viam in regionem suam: item mulier
 versans vas aquæ super infantem; est-
 que ibi tabula hac cum inscriptione.

ECCE VIRGO
 CONCIPIET
 ET PARIET FI
 LIVMET VOCA
 BITVR NOMEN
 EIVS EMO
 ANVEL

In hoc ipso cornu ex Orientali par-
 te primò cernitur Samaritana mulier
 vas dimittens in puteum, & loquens
 cum Christo, sequenti cum inscri-
 ptione.

LOQVITVR CV SAMARITANA
 IOA
 CHI
 M.

Supra effigies collapsa ferè sedentis
 ad pulpitem, cui innixus liber. Ad
 effigiem scriptum.

S. IOH. EVVANGELISTA
 In libro:
 IN PR
 INCI
 PIO c.

In sedentis gremio etiam quasi in-
 textum videtur.

IN PP. CIP
 IO ER VE

Infra Christi transfiguratio coram
 Moyse, & Elia, Petro, Jacobo, & Joan-
 ne depicta est, cum solenni ingressu
 Domini in Ierusalem, ac ramis palma-
 rum, cum sequentibus literis.

X
 TRANS-

TRANS FIGV RATIO DNIA

HE IHS CHS

LIAS MOI

SE

S

RAMIS PALMARVM

IHS XPS

In opposita Occidentali parte, Christi in horto captura delineata est, hæcque duo dumtaxat leguntur verba; PETRVS, & IVDÆORVM: supra hinc inde alii duo Evangelistæ.

In hujus partis angulo sequens est scriptum, pictorem fortè, vel auctorem operis indicans.

* NHCOHTI

* KOTON; Δ*

AON * COY

Z AN III.

*M

* KETON ΔOYAN

* Videntur nomina propria.

Memento, Domine, seruatorum tuorum an. III.

Hæc quæ de tam inclyta Ecclesia, diversis ex Auctoribus excerpere potuimus, breviter in unum collegimus, tibi que curioso Lectori exposuimus.

CAPVT XXV.

De Templo Ascensionis in Monte Oliveto, sive Olivarum.

NARRAVIMVS supra B. Helenæ suasionibus nostrum Imperatorem, præter Dominici Sepulcri templum, duo alia maxima, sumptuosaque in Palæstina excitasse ædificia, quorum unum jam descripsimus, nempe Bethleemiticum, ubi Mundi Auctor in lucem prodiit. Modò superest, ut de altero, ubi Mundum reliquit, videlicet in Monte Oliveto

erecto, aliqua perstringamus. Templum hoc inter sacra Palæstinæ loca inclytus, venerandusque est; cum ex hoc loco idem nostræ salutis Auctor Jesus Christus in cœlum, videntibus Discipulis, ascenderit, perenneque suæ Ascensionis testimonium reliquerit; impressa nempe sacrorum pedum vestigia, quæ neque ullâ temporis, aut hominum injuriâ deleri, neque etiam ornatus gratiâ tegi unquam potuere; nam quidquid eis superimponeretur, arcanâ, & mirabili quadam vi longius excutiebatur; præterea pars ea tecti, quæ rectâ lineâ sacris vestigiis, pavimento inhærentibus, opposita, sive perpendicularis est, ex qua scilicet Christus Dominus cœlum petiit, ne utiquam fornice obduci potuit, adeo ut inane, & apertum id spatii relictum, fuerit. Qua de re Cyrillus Episcopus Hierosolymitanus, qui obiit anno 386. in Cathed. 14. Stat, inquit, ad hodiernum usque diem Mons Olivarum, qui ascendentem in nube oculis Fidelium modò commonstrat, & portam, quâ ascendit in cœlum, indicat. Idem testatur Severus Sulpicius, seu ut alii vocant Sulpicius Severus, qui in principio V. sæculi floruit; is in Sacræ Historiæ lib. 2. sic de sancto isto loco fatur: *Basilicam in loco Dominicæ Passionis, & Resurrectionis, & Ascensionis constituit, (nempe Constantinus) Illud mirum, quòd locus ille, in quo postremum institerant divina vestigia, cum in cœlum Dominus nube sublatus est, continuari pavimento, cum reliqua stratorum parte, non potuit. Siquidem quæcumque applicabantur, insolens humana suscipere terra respueret, excussis in ora apponentium sepe marmoribus. Quin etiam calcati Deo pulveris adeo*

per-

perenne documentum est, ut vestigia impressa cernantur. Et cum quotidie confluentium fides certatim Domino calcata diripiat, damnum tamen arena non sentiat: & eadem adhuc sui speciem, velut impressis signata vestigiis, terra custodit. Et Paulinus ejusdem Sulpicii synchronus, in Epist. 11. ad eundem Severum in unum conveniunt, idemque affirmant, scilicet: *Mirum verò inter hæc, quòd in Basilica Ascensionis locus ille tantum, de quo in nube susceptus ascendit, captivam in sua carne, ducens captivitatem nostram, ita sacratu divinis vestigiis dicitur, ut nunquam tegi marmore, aut paviri receperit, semper excussis, solo respuente, quæ manus, adornandi studio, tentavit apponere. Itaque in toto Basilicæ spatio solus in sui cespitis specie virens permanet, & impressam divinatorum pedum, venerationem calcati Deo pulveris perspicua simul, & attigua venerantibus arena conservat, ut verè dici possit: Adoravimus, ubi steterunt pedes ejus.* His accedit Adamannus, sive Adamnanus apud Bedam lib. 5. Histor. cap. 18. Adamannus refert suam decerpisse narrationem ex S. Arculpho, quem illum fuisse reor, quem Sammarthani in eorum Gallia Christiana Episcopum Metensem, & antequam Ecclesiæ infulas susciperet, Austrasiæ Ducem fuisse, vixisseque anno 630. scribunt.

Hæc de præsentis miraculo, modò de illius Ecclesiæ fundatione breviter aliqua attingere ducimus. Laudatus Eusebius in præcitata vita Constantini lib. 3. cap. 43. sic ait: *Præterea Imperatoris quidem Mater in memoriam Ascensionis Christi omnium Servatoris, in Monte Olivæ sublimia extruxit ædificia, in ipso montis vertice*

A sacram erigens ædem cum templo. Hic porro Servatorem omnium Christum, arcanis mysteriis Discipulos suos in ipsa spelunca initiasse, verax testatur historia. Imperator verò hoc etiam in loco, variis ornamentis, ac donariis summum omnium Regem veneratus est. Præterea Quaresmius in sua Elucidatione Terræ Sanctæ lib. 4. cap. 9. Peregrinat. 9. hodiernum Templum illud antiquum, minime esse, ab Helena erectum, arbitratur, cum à Persis dirutum fuerit; sed istud à Modesto Hierosolymorum Episcopo à fundamentis ædificatum, quod totum concameratum est. Idem ulterius Quaresmius varias scriptorum traditiones examinat, quorum alii in pulvere, alii verò in lapide sua Christum Dominum reliquisse vestigia scripsere; quæritque, an hoc ipsum perpetuum miraculum fuerit, necne? Quare ego ab hac declinare quæstione consultissimum reor, tum quia brevitati addictus sum, tum quia ipse Quaresmius pluribus est profecutus. Quapropter hæc de Olivetano templo dicta sufficiant.

C A P V T XXVI.

De Ecclesia in Valle Mambre in Palestina Provincia.

TRIGINTA ferè milliaria ab Hierosolymis, Vallis admodum fertilis, & amœna, quæ Mambre vocitatur, distat; sic à quodam hujus nominis Viro denominata, ut aliqui arbitrantur. Dicitur etiam Vallis Hebron, fortasse per antonomasiam, quia inter cæteras valles, quæ sunt circa Hebron, primas tenet, omnesque antecellit. Fuit etiam dicta juxta Quercum,

cum, quia frequentibus, & densis erat **A** consita quercubus. Hic præclarissimi Patriarchæ Abraham, Isaac, & Jacob suis cum Uxoribus, aliisque Viris habitârunt; quam ob istorum Patriarcharum egregios, atque sanctissimos mores inclytam, illustrioremque etiam reddere studuit noster Constantinus, magnæ amplitudinis æde ibi constructa, locoque priùs ab omni prophanæ superstitionis, & idololatriæ labe purgato. Porro sæpeditatus Eusebius in **B** ejusdem Constantini vita lib. 3. cap. 53. hujus Basilicæ ædificationem sic tradit: *Locus ille qui ad Quercum Mambre vocitatur, in quo Abrahamum habitasse comperimus, fertur à superstitionis quibusdam hominibus omni modo contaminari. Nam & simulacra omni digna exitio juxta illam arborem erecta esse, & aram proximè exstructam, & impura sacrificia assidue illic peragi, ad nos relatum est. Quod quoniam & alienum à temporibus nostris, & ipsius loci sanctimoniæ indignum videtur, sciat gravitas vestra mandatum à nobis esse per literas Acacio viro perfectissimo, comiti, & amico nostro, ut sine ullâ dilatione, & simulacra omnia, que memorato in loco reperta fuerint, igni tradantur, & ara funditus evertatur: utpote omnes, qui post jussionem nostram impium aliquid admittere in eo loco ausi fuerint, debito supplicio afficiantur. Quem quidem locum puro Basilicæ edificio exornari præcepimus, ut idoneus sanctis Viris confessus efficiatur.* De eodem hoc templo Nicephorus differit lib. 8. cap. 30. & Quaresmius in **D** Elucidatione Terræ Sanctæ Tom. 2. lib. 6. cap. 3. quare calamum sisto.

CAPUT XXVII.

De Ecclesia Sanctæ Sophiæ Constantinopoleos.

QUANTA piissimi, ac religiosissimi Imperatoris Constantini Magni cura fuerit in religione Christiana sacris, ac munificentissimis ædificiis illustranda, satis, superque hætenus demonstratum esse crediderim, Ecclesiarum tam in Occidente, quàm in Palæstina constructarum enarratione, quæ validissima, luculentaque Augustæ pietatis testimonia esse possunt. At si ad ea, quæ infra dicturi sumus, animum convertamus, nihil, aut parùm in sacris ædificiis ipse Imperator allaboravit, cum alia numero, magnificentiâ, ornatu, atque divitiis illustriora in Regia Orientis Urbe, quam Imperii sui constituit Sedem, ædificaverit.

Ab Augustissimo propterea S. Sophiæ templo, tam per Orientem, quàm per Occidentem celeberrimo, initium sumimus. In ejus autem descriptione plurimum temporis, & laboris infumere deberemus, nisi nos longè præcessisset eruditissimus Du Cange in sua Constantinopoli Christiana lib. 3. pag. 5. ubi fusè Basilicam hanc, illiusque describit partes, & ichnographiam, necnon interiorem, exteriorumque prospectum exhibet. Quamobrem ea, quæ ex hujusmodi celebri delibavimus viro, accipe.

Tam in Oriente, quàm in Occidente inclytum, augustissimumque templum hoc à nostro Imperatore S. Sophiæ, scilicet Divinæ Sapientiæ, dictum, ac Patriarchali honore donatum fuit;

fuit ; ut sicut Constantinopolitana, Urbs cæteras in Oriente splendore, dignitate, ac nobilitate antecellebat, ita cæteris Ecclesiis in eisdem præmineret partibus, primariumque totius Orientis honorem, ac præcipuam haberet Sedem; talemque Successores Imperatores eam denominavêre. Nam Zeno in l. 16. Cod. de Sacrosanct. Eccl. eam *Matrem suæ pietatis* appellat; & in l. 17. eodem tit. Acacium Patriarcham C. P. *Patrem suæ pietatis* vocat. Itidem Justinianus in Novella 3. in Præfat. *sui Imperii Matrem* compellat.

Magnus ergo noster Imperator Constantinus, exædificato, & mœnibus longè ampliato Byzantio, veterique Urbis appellatione deleta, illam, sui nominis, uti Fundatoris, attribuit Constantinopolis, scilicet Constantini Civitatis. At postquam Christianam amplexus fuit Religionem, quod anno Imperii sui vigesimo accidit; Omnipotenti Deo, summoque omnium, donorum Datori, cui totum se commendârat, templum extruxit, illudque *τῆ ἀγία Σοφία*, seu Divinæ Sapientiæ, ut nuper exposuimus, dicavit, nempe Christo Filio Dei (ut ait Rupertus lib. 10. de Divin. offic. cap. 15.) *Filium dicimus veram, & incommutabilem, Sapientiam, per quam universam condidit creaturam.* Successu verò temporis, omisâ voce *ἀγίας*, vocabulo *σοφίας* hoc inclytum templum appellatum fuit, ut narrat Procopius: *Ædem illam, inquit, appellant Byzantii Sophiam, vocabulum Supremo Numini convenientissimum nacti.* De hujus ædis Conditore concors est Scriptorum sententia; nam Theophanes, Cedrenus, Glycas, Paulus Diaconus

Alib. 11. Callistus lib. 7. cap. 49. & quotquot ferè Constantini res attigêre, Magnum Constantinum illius Conditorem agnoscunt. Codinus verò narrat, nostrum Augustum non de novo istam magnam excitâsse Ecclesiam, sed eam inanibus Paganorum, priùs Idolis dicatam, ab omni prophanitate purgatam, ad Ecclesiæ Christianæ usum immutâsse. At disertis verbis tradit Cedrenus, à fundamentis Sophianam ædificâsse ædem, illiusque condendæ Euphratæ cuidam curam demandâsse. Hujus ædis forma dromica fuit, id est quadrata, sed oblongior, ita enim *δρομικὸν* vocem plerique Scriptores accipiendam censent, etsi Allatius repugnet; unde rectè Theodosius Zygomalas apud Crusium pag. 201. *δρομικὸν*, quod est *δίπυον γέροντος*, & *κατὰ δρομικὸν γέροντος* dixit appellari, ejusmodi autem est Narthecis, seu ferulæ figura. Denique *δρομικὸν* dictum videtur à stadiis cursoriis, quæ in majorem longitudinem, quàm latitudinem porriguntur. Magnæ igitur Ecclesiæ Constantinianæ formam dromicam fuisse testatur Codinus in descriptione S. Sophiæ.

Hujus inclyti templi dedicatio solenni pompâ facta describitur in Chronico Alexandrino in Olympiade 285. scilicet anno Domini 360. ubi sic.

CCLXXXV. OLYMPIAS.

XXIII. Ind. III. Constantio Augusto XII. & Juliano Cesare III. Coss.

Hoc anno mense Peritio, (scilicet Martio) die XV. magna Ecclesia Constantinopoleos dedicata est. Et paulò post: In eadem Synodo Episcoporum non post multos dies ab inauguratione Eudoxii Episcopi Constantinopoleos, Encenia magnæ Ecclesiæ ejusdem Urbis cele-

celebrata sunt, anno trigesimo quarto, plus minus, ex quo fundamenta Constantinus Victor Augustus jecerat. Acta sunt autem illius Encenia his Consulibus ex a. d. XVI. Kalend. Martias, qui dies est mensis Peritii XIV. Ad ea Encenia Imperator Constantius Augustus munera multa, cimelia aurca, & argentea ingentia, gemmisque, & auro intextas, pro altari mappas contulit. Præterea pro Ecclesie januis varia aurea vela: & pro exterioribus vestibulis alia rursus vela auro contexta, & variegata. Multa enim beneficia magnificè largitus est, cum in universum Clerum, tum in religiosarum Virginum, & Viduarum collegia, & in Xenodochia. In prædictorum verò, tum pauperum, tum orphanorum, ac captivorum, seu in carceribus detentorum alimenta, diarium majus concessit, quam pater ejus Constantinus erat elargitus.

Quare si præfati anni 34. perpendantur, qui ab hujus ædificii fundationis die elapsi fuerunt, illique à dictis annis 360. demantur, resultant anni 326. quo tempore hujusmodi templi fundamenta fuere jacta. Hanc eandem Ecclesiam anno 404. in eodem Chronico conflagrâsse narratur.

Verùm cum Constantiniana ædes nimis angusta, nec satis capax esset, vel quòd ex Terræmotibus corruisset, Constantius Constantini filius, ad hodiernam perduxit amplitudinem.

Ejusdem etiam magnificentissimi, & celeberrimi templi structuram diffusè narrat quidam Anonymus, Græcusque Scriptor, quem nuper in Latinum idioma vertit Cl. Vir Combesis, ac in suo manipulo Originum rerum Constantinopolitarum inseruit. Adde-
dere etiam placet nuperrimum Scri-

ptorem Thomam Smith, qui in sua brevi notitia Constantinopoleos Musiva opera, adhuc extantia, sic refert: Laquearium concamerationes olim ornârunt curiosæ figuræ, opere Musivo, quod è concinno tessellarum, calculorumque ordine componitur, factæ hodie deformatæ, Turcis ex innato imaginum odio, quo in ipsas debacchari solent, illarum oculos eruentibus, vultumque deturpantibus; è reliquiis autem, cum tota litura non inducatur, operis artificium, & pulchritudinem contemplari licet, deque historiis sacris, quas exhibent, cuiuspiam paulò accuratiori obtutu in ipsas intuenti veram facere conjecturam difficile non erit. Pluries apud varios Magnates eorundem Musivorum operum habere exemplaria tentavimus, sed incassû nostra ivit instantia. Si aliquando ad nostras pervenerint manus, ea publici juris facere nō deerimus

C A P V T XXVIII.

De Ecclesia S. Irenes Constantinopolis.

SANCTÆ Irenes templum à Constantino Magno extractum fuisse complures asserunt Scriptorum, quos laudatus Du Cange sic refert, nempe: Socrates lib. 1. cap. 16. *In ipsa Urbe duas Ecclesias edificavit, quarum unam Irenem, alteram SS. Apostolorum appellavit.* VVillelmus Malmesburientis lib. 4. *Fecit in ea duas Ecclesias, quarum una Hirenis, altera dicitur Apostolorum.* Ita Theophanes pag. 18. Cedrenus pag. 284. Pachymeres lib. 7. cap. 15. Codinus pag. 38. τὴν ἁγίαν Ἰρη-
νῆν τὴν παλαιάν vocant. Addunt Origines C. P. ineditæ τὸ Πατριάρχιον. Sic autem appellata, ut à noua, eâ scilicet æde

S.Ire-

S. Irenes, quam postmodum Marcianus excitavit, distingueretur. Author vitæ S. Pauli Patr. C. P. apud Photium. Menæa item ad XXII. Jan. in SS. Clemente, & Agathangelo. Ex quibus rectè colligit Gylius Ecclesiam illam esse, quam antiquam vocat Urbis descriptio, & quam unà cum Sophiana in secunda regione statuit, proxima fuit ædi Sophianæ. Socrates de eodem Paulo Patr. C. P. lib. 2. cap. 6. sic scribit: *Et in Ecclesia quidem, quæ dicitur Irenes, & contigua est ei, quæ nunc magna, & Sophiæ vocatur Ecclesia, Paulus Episcopus ordinatur.* Eadem penè habet Nicephorus lib. 9. cap. 4. Justinianus Nov. 3. cap. 3. *Erat verò venerabilis ædes S. Irenes sanctissime magnæ Ecclesiæ adjuncta.* Ubi addit idem Augustus tres sacras ædes, Deiparæ scilicet, S. Theodori, & S. Irenes eidem Magnæ Ecclesiæ unitas fuisse, neque proprium habuisse Clerum, qui in iis sacra ministeria perageret, sed ea peregisse ejusdem Magnæ Ecclesiæ Clericos, *περισσῶτα καὶ τινὰ περίου καὶ κύριον, circumeuntes per quemdam ambitum, & circuitum.* Unde cum Sophianæ ædis appendix fuerit, intra ejusdem septa ædificata dicitur à Socrate lib. 2. c. 12. ubi de Magna Ecclesia: *Adjuncta est autem Ecclesiæ, quæ Irenes nomen habet, quam Imperatoris Pater (Constantinus Magnus) cum antea esset angustatum magnitudine, tum pulchritudine, auxit. Jam verò ambæ uno septo cernuntur incluse, & uno nomine appellantur.*

Quod verò de ampliore facta æde Irenes à Constantino tradit hoc loco Socrates, habet etiam Author vitæ S. Pauli Patr. C. P. quo loco ait ejusdem Sancti reliquias in hanc ædem illatas:

A *Et per mediam Urbem corpus ferentes, in Ecclesia S. Irenes, quam antiquam vocant, & Constantinus Imperator, ex parva ad ampliorem latitudinem, & magnitudinem excitavit, cui & Paulus aliquamdiu præfuerat, collocarunt.* Conflagravit ædes illa Irenes in seditione Victoriatorum unà cum Sophiana, & aliis Justiniano Magno imperante anno 5. Theophanes pag. 154.

B *Incendio absumpta est magna pars Urbis, & magna Ecclesia, & S. Irene.* Et Chronicon Alexandrinum pagin. 779, ubi de eadem seditione ait: *Et flagravit balneum Alexandri, & pars hospitii Eubuli, & sancta Irene, quæ erat condita sub Illo Isauro contra Imperatorem Zenonem Tyranni.* Sed in his verbis mendum manifestum patet, neque enim ædes S. Irenes ab Illo Tyranno condita: restituendum igitur,

C *καὶ ἡ βασιλικὴ ἱερὴ τοῦ ἁγίου, &c. & Basilica quæ erat, &c.* ut intellexerit Basilicam Illi nuncupatam, quæ hoc perinde incendio absumpta est. Sed hanc Irenes eodem postmodum de novo instauravit Justinianus, & amplissimam construxit, vix ut Byzantii, exceptâ Sophianâ, ulla fuerit alia, cui de magnitudine concederet, ut habet Procopius. Denique concussa ipsa ædes co terræmotu, qui accidit Leone Isauro regnante. S. Nicephorus in Breviario: *Et divinum templum, quod S. Irenes nomine appellant, et proximè magnam Ecclesiam situm est, concussit.* Hodie intra septum Regium includi, parvamque Sophiam vocari Auctor est Gylius lib. 11. cap. 11.

CAPVT XXIX.

De Ecclesia S. Dynameos, scilicet
S. Virtutis.

INTER alia novæ Romæ à nostro Cæsare constructa ædificia, tria præcipua, ac splendidissima fuere, ut his verbis narrat Nicephorus lib. 7. cap. 49. *Tria maxima templa Constantinopoli excitavit, scilicet ἄγλας Σοφίας, ἄγλας Ἐπιφάνειας, et ἄγλας Δυναμείως*, nempe, sanctæ Sapientiæ, sanctæ Pacis, et sanctæ Virtutis. Per has tres virtutes nihil aliud innuere voluisse autumo, quàm Christum Dominum, qui est vera Sapientia, Pax, & Virtus nostra. De primo, & secundo templo aliqua nuper disseruimus, reliquum est tertium, de quo tamen nulla alia extat memoria, nisi quòd dromicæ esset figuræ, videlicet quadrati in longum producti, ut jam exposuimus, superiorique S. Sophiæ Ecclesiæ persimile. Hujus autem ἄγλας Δυναμείως, seu S. Virtutis dies festus celebratur die 16. Maii, ut in Græcorum legitur Menæis, *xiv. αὐγούστου*.

CAPVT XXX.

De Ecclesia Apostolorum
Constantinopolis

POST celeberrimum illud, & undequaque mirandum S. Sophiæ templum, aliud non longè minoris elegantiæ, ac pulchritudinis, in eadem Regia Urbe, religiosissimus Imperator in omnium Apostolorum honorem excitavit, in quo omnes Christiani tumularentur Imperatores. Totum hoc Eusebius de vita Constan-

Atini lib. 4. cap. 58. 59. & 60. fusè describit: *Post hæc* (nempe post pacem, cum Persis initam) *in memoriam Apostolorum Martyrium edificare coepit in Urbe sibi cognomine. Cùmque templum omne in immensam altitudinem extulisset, vario lapidum genere splendidum reddidit, à solo ad cameram usque marmoreis crustis illud operiens. Porrò cameram lacunaribus minutissimi operis obducens, totam auro imbracteavit. Et supra quidem, æs tegularum loco, impositum, universo ædificio munimentum, adversus imbres præbebat. Quod itidem auro plurimo superfusum resplendebat, adeo ut procul spectantium oculos fulgore perstringeret, solis radiis æris objectu repercussis. Totum verò solarium reticulatis quibusdam anaglyphicis ex ære, & auro fabrefactis erat circumdatum.*

Ac templum quidem ipsum, maximo Imperatoris studio, hunc in modum exornabatur. Circa ipsum templum ingens erat area, libero, ac patente desuper cœlo. Cujus ad quatuor latera porticus erant sibi invicem conjunctæ, quæ aream in medio sitam unà cum ipso templo circumcingebant. Præterea Basilicæ, lavacra, diversoria, & alia plurima habitacula ad usum eorum, qui locum custodiebant, porticibus applicita, earum longitudinem æquabant.

Hæc omnia dedicavit Imperator, eo consilio, ut Apostolorum Servatoris nostri memoriã posteris in perpetuum commendaret. Sed & aliud quidpiam in mente habens, eadem illam construxit: quod initio quidem obscurum, tandem verò omnibus sub finem innotuit. Quippe ipse hunc sibi locum post mortem designaverat; incredibili fidei alacritate prospiciens, ut corpus suum communem cum Apostolis appellationem post obitum

rum fortiretur: quò scilicet præcationum, quæ in honorem Apostolorum ibi celebranda erant, etiam mortuus particeps feret. Cùm igitur duodecim illic capsas, quasi sacras quasdam columnas, in honorem, ac memoriam Apostolici Collegii crexisset, suam ipsius arcam in medio constituit, quæ senas utrinque Apostolorum capsas dispositas habebat. Atque id in eo loco, ubi corpus ipsius post mortem decenter deponendum esset, solertissimè providit. His ille diu antea sagaci mente dispositis, ædem Apostolis consecravit, pro certo sibi persuadens, horum memoriam non parùm utilitatis animæ suæ esse allaturam.

Hic dubitandi ansam præbet Alexandrinum Chronicon in Olympiade 279. ibi enim sic nostri gloriosissimi Imperatoris obitus describitur: *Ter beatus Constantinus decessit mensis Maii XXII. ex a. d. XI. Kal. Junias* C ipso Sanctæ Pentecostes die: *cujus quidem Constantini pii corpus in Palatio Constantinopoleos insepultum jacuit, & servatum est, quoad filii de morte ipsius certiores fierent.*

Constantius, cùm in Oriente versaretur in Mesopotamia bello Persico adhuc urgente, confestim venit Constantinopolim, quò cùm pervenisset, patrem Constantinum inclytum tanto comitatu, & eâ regii processus pompâ extulit, ut id nemo pro dignitate possit assequi, D præsentem Prætorianâ militiâ, velut eo superstite armis suis instructâ, ac universâ Civitate, quam Romæ nomine donatam, illustribus ornamentis deco-

Araverat, & concessarum annonarum demensò ditaverat, omnibus tanto luctu funus profecutis, ut nullus ante illum, extiterit Imperator, qui vivus, mortuusque ad eò cultus fuerit, & prædicatus: Humatus est autem in æde Sanctorum Apostolorum, Andreæ, Lucæ Evangelistæ, & Timothei discipuli Sancti Pauli.

Ex relatis igitur apparet unum tantum Apostolum, scilicet Andream ibi nominari, & nihilominus ædes Apostolorum appellatur. Istius dubii resolutio, ni fallor, est, quòd in hac scriptura Amanuensis error irrepsit, qui post vocem Andreæ omisit describere cifram &c. scilicet Apostolorum nomina, brevitati studendo. Hujus autem sacre ædis dedicatio anno Christi 370. facta fuit, ut ex eodem elicitur Chronico.

Verùm haud diu Basilica hæc primævum retinuit statum. Nam cùm Justinianus Imperator eam funditus diruisset, magno cum molis, atque splendoris incremento restituit in Crucis formam extructam, cujus in medio ingentem elevavit testudinem, Sophianæ minimè imparem, eidemque similem, præterquam in fenestris, quia in ea nullæ omninò fuere, cætera perquam similia. Plura de hoc tam illustri templo, si cupias, adi sæpeditatum Du Cange in sua Constantinopoli Christiana lib. 4. num. 5. ac Gothofredum in suis Commentariis ad Cod. Theodosian. lib. 6. de sepulcr. violat.

CAPVT XXXI.

*De Basilica S. Agathonici
Constantinopolis.*

IN Dromica forma, scilicet in quadrato producto in S. Agathonici honorem à nostro Cesare Augusto templum ædificatum fuisse Cedrenus, ac Nicephorus narrant. Deinde in augustiorem à Justiniano Imperatore excitatum scribit Procopius lib. 1. de ædif. cap. 5. Anonymus tamen in Manipulo Originum Rerum Constantinopolitanarum, primùm ab Anastasio, deinde à Justiniano renovatum fuisse refert. Hoc in templo septem Patriarchæ per annos quinquaginta, Episcopalia obivère munera; necnon ibidem Orientis Imperatores mos fuit coronari. Postea verò sub Tiberio Mauri-
C

CAPVT XXXII.

De Ecclesia Deiparæ Αχειροποιήτου.

DEIPARÆ sacras ædes plures Constantinopoli fuisse, variis diversorum Scriptorum auctoritatibus testatur laudatus Du Cange in dicta Constantinopoli Christiana lib. 4. §. 2. Ea tantummodo describemus, quæ à nostro Imperatore constructa, fuisse comperimus. Prima loco citato num. 5. se offert, quæ sub denominatione Αχειροποιήτος erat, in qua Beatissimæ Virginis imago Αχειροποιήτος dicta, scilicet non manu facta, visebatur, quam Græci sic appellabant, eò quia ab ipsa B. Virgine suâ delineatâ manu

A fuisse arbitrabantur; quæ à Gregorio in vita S. Basilii Junioris num. 8. ita describitur: *Orationis porrò causâ abire volo in Monasterium non manufactæ (imaginis) quam nemo fabricatus est; sed & ipsa Deipara præsens operi, manu suâ sui figuram efformavit, in hunc usque diem conservatam, ad eamque proinde multa divina virtutis signa fiunt, illuc cum fide accedentibus.* Hanc construxisse ædem, Codini auctoritate,
B
Magnum Constantinum, asserit laudatus Du Cange.

CAPVT XXXIII.

*De Templo Deiparæ in Παλῶν, videlicet
in Virgam Constantinopoli.*

ALTERVM eidem Deiparæ Virgini templum à sæpelaudato Constantino in nova Roma ædificatum fuit, cui nomen Παλῶν inditum, eò quia in eo τὸ Μωϋσῆος ἢ Παλῶν, videlicet *Moyfis Virga* fuit reposita, deinde in Palatium Augustus transtulit, ut à Codino narratur. Hanc ego Virgam eandemmet esse crediderim, quæ pluribus ab hinc seculis in Sacrosancta Lateranensi asservatur Basilica, huc ab aliquo Imperatore dono missa, aut quoquo alio modo translata. De ea fit mentio à Joanne Diacono in libro qui inscribitur, *De supremo Sanctuario Basilica Lateranensis*, quem quingentis ab hinc, & ultra exaravit annis. Ibi enim inter reliquias sub majori Altari conditas hæc eadem enumeratur Virga, notaturque in quibusdam antiquis carminibus Musivo opere expressis, quæ in marmorea extant tabula, olim in abside, nunc verò extra absidem sita;

sita; carmen, quo Virga significatur, A
sic se habet.

*Quæ silicem fregit, & aquas undare
coegit.*

At hæc uberiori calamo profequu-
tus est Rasponus lib. 1. cap. 10. Tem-
plum hoc prope Constantinopolitanæ
Urbis muros attollebatur, quâ mare
prospicitur, non procul à S. Amiliani
porta.

C A P V T XXXIV.

*De Ecclesia Deiparæ in Sigmate
Constantinopoli.*

TERTIVM hoc templum in
Deiparæ honorem à Magno
Constantino constructum fuisse repe-
rimus in Sigmate denominatum. Hoc
autem progressu temporis varias vi-
cissitudines expertum fuit. Nam, ut
refert Codinus, Justinianus illud reno-
vavit. Postea Basilii Macedonis tem-
pore magno terræmotu collapsum, in
splendidiorē, augustioremq̃ for-
mam Basilii ipse restituit. Cùmque
eadem Regia Urbs crebris obnoxia
sit terræmotibus, iterum templum hoc
terræ fragore, Basilio Bulgaro octo
imperante, corruit, ut scribunt Scy-
litzes, & Glycas. Tunc verò in pro-
priis ruinis jacuisse pro certo habē-
dum est, cùm de illius reedificatione
nulla penitus reperiatur memoria.

C A P V T XXXV.

*De Templo B. Mariæ, sive S. Theclæ
Constantinopoli.*

QUANTA erga Deiparam Con-
stantini religio, ac devotio
fuerit, satis, superque testari
possunt quatuor sacra ædificia ab eo-
dem in illius honorem in hac celeberrima,
inclytæq; Orientalis Imperii se-
de constructa. Horum tria jam supra
descripsimus, superest quartum, quod
τὰ κοινάεια dictum fuit, scilicet in Halistis.
Cùm verò Deiparæ denominaretur,
utpote ei sacrum, Justinus Curopalata
vetus S. Mariæ, in S. Theclæ nomen
convertit, ut habet Codinus, & Au-
ctor Collectaneorum C.P. illud fortè,
quod ab eodem Justino renovatum,
scribit Zonaras ἐν τῇ ἀγίᾳ πρωτομάρτυρος
Θέκλις (ναὸν) ἀνεκτίσθη & templum S. Proto-
martyris Theclæ renovavit. Hæc ex
Du Cange lib. 4. §. 7. num. 28.

C A P V T XXXVI.

*De Ecclesia S. Michaelis extra Constan-
tinopolim in Anaplo, seu Sosthenio,
sive Hestis nuncupata.*

HVIVS Ecclesiæ foundationem
satis luculenter Nicephorus
lib. 7. cap. 50. his describit verbis:
*Sed & in trajectu, & in loco eo, qui
Sosthenium vocatur, Ecclesias duas
Archangelo Michaeli extruxit: in qui-
bus splendidè exornandis, ad Imperia-
lem magnificentiam nihil omisit. Mibi
verò molestum non fuerit Historiæ huic
inferere, earū structurarum causam, &
unde loco ei Sosthenii nomen sit imposi-*

tum. Memoriae namque proditum est, Argonautas Græcorum cum ad eum quoque locum pervenissent, prædari, atque diripere regionem eam cœpisse: & ab Amyco, qui ibi rerum tum potiebatur, in fugam versos, palantes in quendam nemorosum, & incultum, propter densitatem arborum, locum profugisse; ibique eis latitantibus, virtutem cœlitus advenisse, viri specie, alas veluti aquilæ in humeris habentes, victoriamque adversus Amycum oraculo denunciâsse. Illos porro id sequutos cum illo conflixisse; victoriamque reportâsse, ipsum unam cum copiis suis concidisse. Atque ut gratiam visioni ei referrent, fanum eos, & statuam, eâ, quæ eis apparuerat, formâ in loco eo excitâsse, nomenque regioni Sothenium indidisse, quod scilicet robore ibi accepto salvi evasissent. Eam statuam laudatissimus Princeps Constantinus, cum in eam oram necessariâ de causa divertens vidisset, familiaribus, comitibusque suis rem talem exposuit; regionemque eam cum stupore admiratus, ibi mansit. Somni porro capiendi tempore assistens illi visio statuæ ejus similitudine: Ego, inquit, sic sum, Michael Archidux Domini Sabaoth Virtutum, Christianorum fidei tutor, qui tibi contra impios Tyrannos belligeranti fideli, & germano illius ministro, auxiliaria arma contuli. Itaque è somno excitatus, regionem eam pul-

cherrimè excoluit, & Ara Imperiali, magnificâque manu, & liberalitate in parte Orientali constructa, celeberrimum id templum civibus simul, & advenis reddidit. Maximè tamen sacram eam ædem apparationibus suis illustravit Archangelus. Postea horum locorum ab ea Urbe distantiam referens, ait: Ora autem hæc ad dextram partem

ex Ponto Constantinopolim naviganti, consistit, circiter stadia triginti quinque ab ea, maritimo itinere; septuaginta verò insuper pedibus fretum, quod in medio est circumeunti distans. De hac ambarum ædium structura meminit etiam Procopius lib. 1. de Ædific. cap. 8. ubi sic: *Templa duo Michaeli Archangelo sacra, sibi que adversa, hinc inde freto imminebant, quorum alterum erat in Anaplo ad levam navigantium in Pontum Euxinum, alterum in opposito littore.* Ab hoc Sothenii ethymo relato à Nicephoro dissentit Du Cange in sua Constantinop. Christ. lib. 4. §. 15. num. 32. ubi hujusce vocis apud antiquos Scriptores nullam omninò mentionem reperiri asseverat.

CAPUT XXXVII.

De Ecclesia S. Michaelis *περὸ ὄχθης*, scilicet in Promontorio extra Constantinopolim.

CVM jam supra Ecclesiam S. Michaelis in Anaplo descripsi- mus; ejus occasione, præsentis *περὸ ὄχθης* enarrare deberemus; at quia de ista nil aliud præter ejus, ex notis Langi in eundem Nicephorum loco citato, reperimus mentionem, ideo ad alias describendas tendimus.

CAPUT XXXVIII.

De Ecclesia S. Mocii.

INCERTI hujus Constantinopoli- tani templi constructio, mirum quàm dubia reddatur à Scriptoribus, nam alii narrant templum hoc à nostro Imperatore fuisse constructum, alii verò asserunt, non quidem à funda-
mentis

mentis ædificatum fuisse, sed cum in-
 A nium. Decorum esset fanum, in quo
 Herculis, aliorumque ridiculorum nu-
 minum simulacra erant, illis disiectis,
 ab omni superstitionis forde expurgaf-
 se, ac S. Mocio, qui Byzantii Martyr
 occubuit, dedicasse. De hoc celebri
 templo plura leguntur apud incertum
 Græcum Authorem, nuper Latinitate
 donatum à Cl. Viro Combefis, cujus
 Auctoris verba in Latinum sermonem
 versa sic sonant: *Sancti Mocii tem-
 B plum à Constantino Magno pridem ex-
 structum est, cum plures Græci illic ha-
 bitarent, ac tum cum ille templum ex-
 struxit, Jovis ibi fanum extaret. Theo-
 dosio autem Magno Imperatore, pulsi
 Ecclesiis Ariani, cum ad S. Mocii tem-
 plum venissent, ac locus placuisset, por-
 rectâ Imperatori supplicatione, ut ibi
 eis liberum esset habitare, Principis cle-
 mentiâ rem obtinuere. Statim ergo illud
 C idem templum excitantes, divinum,
 ipsum laudibus annos septem frequentâ-
 runt: annoque demum septimo, iisdem
 adhuc, ut fama est, sacris operantibus,
 corruens, Arianorum turbam pluri-
 mam inter ruinas oppressit. Justiniano
 autem Imperatore, idem rursus tem-
 plum excitatur, hodieque perstat inco-
 lume. Marcellus Lector scribit anno
 demum Imperii Cononis Isauri secundo
 templum corruisse. Plura etiam de hoc
 eodem refert Du Cange in sua Con-
 stantinopoli Christiana lib. 4. §. 6. nu-
 mer. 65.*

C A P U T XXXIX.

De Ecclesia S. Joannis Baptiste.

SÆPE laudatus Du Cange, inex-
 haustæ lectionis Vir, cum non
 solum in impressis, verum etiam in
 Mss. codicibus lectitandis per plurima
 lustra operam dedisse audiamus, ejus-
 que eruditi labores testentur, in sua
 Constantinopoli Christiana sæpeditata
 lib. 4. §. 4. num. 9. cujusdam Ecclesiæ
 meminit à Constantino Magno exci-
 tata in honorem S. Joannis Baptiste;
 ut in Originibus Constantinopolita-
 nis ineditis ipse reperit. hujus autem
 ædificii memoriæ nil aliud superest,
 nisi quod muris terrestribus incumbere-
 ret.

C A P U T XL.

*De Templo S. Acacii ἐν Κάρβια, in Garya
olim dicto.*

PECVLIAREM suam veneratio-
 nem erga S. Acacium, qui Mar-
 tyrium Byzantii sub Diocletiano im-
 manissimo Christiani nominis hoste,
 complevit, Constantinus Cæsar ostendit,
 dum in ejus honorem ædem Con-
 stantinopoli in Heptascalo ædificavit,
 ut supra allatus Codinus Author est.
 Plures quoque Græci Scriptores de
 hoc templo verba fecere. Præcipuè
 verò id factum enarrat Macedonius
 Patriarcha Constantinopolitanus, à
 quo Constantini Cæsaris corpus è Ba-
 siliica SS. Apostolorum, ruinam mi-
 nante, translatum fuit. Historiam hanc,
 quæ scitu quidem digna videtur, Ni-
 cephorus lib. 9. cap. 42. sic exequitur:

Tem-

Templum in quo urna, & corpus Constantini situm erat, ruinam minabatur; atque ubi custodibus ejus, & Sacerdotibus ea de causa non minimus incessisset metus, Macedonius Imperatoris offa, in alium transferre locum volebat. Eâ re cognitâ multitudo tumultuari cœpit, nefas esse vociferans, Magnum Imperatorem ita transferre, quod ea res nihil à sepulcri violatione differret. Cum quibus verbis etiam concordabant dogmatis Nicæni Professores, contumeliam Imperatoris translationem eam esse putantes. Ad id accessit, quod de industria Macedonio adversarentur. Ille autem verbis hujusmodi contemptis, corpus in templum transfert, ubi etiam cadaver Acacii Martyris est sepultum. Quod cum fieret, ingens est populi inter se dissidentis facta concursatio. Atque his factum laudantibus, illis autem reprehendentibus, primùm quidem injuriam arcentes se tuebantur: Deinde verò alteri in alteros conversi, eò recordiæ processerunt, ut & eam ipsam eadem sacram, & proximum in circuitu locum sanguine, & cædibus compleverint. Imperator autem in Occidente adhuc degens, ubi quid de Paterno sepulcro actum esset intellexit, gravi id tulit animo. Et Macedonio, injuria ab eo affectum esse Patrem, qui illum præter voluntatem suam transferre ausus fuerit: ipsum quoque cædis tantæ multitudinis causam esse, denunciavit. Cur autem templum hoc in Caryæ denominaretur, scribit Socrates lib. 6. cap. 23. ubi: Constantinopoli, ait, aedes est amplissima, quæ Caryæ cognominatur, propterea quod in ejus atrio nux est arbor, in qua Acacius Mastyr olim suspensus Martyrium consummasse fertur. Quam ob causam parva etiam Basilica

A juxta illam arborem ædificata est. Procopius verò lib. 1. de Ædif. Justiniani cap. 4. hujusce templi denominationem fuisse immutatam demonstrat, appellatumque S. Acacii, cum idem jam deciduum Justinianus Imperator splendidè restauraverit.

CAPUT XLI.

B De Ecclesia S. Æmiliani.

CVM Constantinus Magnus Ecclesiam S. Æmiliani perexiguam Oratorium esse videret, eique in proximo Ecclesiam Deiparæ ædificasset, quæ in Rhabdon appellabatur, de qua nuper loquuti sumus, hanc quoque in ampliorem, longèque speciosior formam redegit, ut apud Codinum videre est. Ab hac æde, vicina ejus Urbis porta S. Æmiliani nomen accepit. Eadem verò Ecclesia plurium annorum lapsu debilitata, à Basilio Macedone restaurata fuit.

CAPUT XLII.

De Ecclesia in Agalmata, sive in Statuas.

PRÆTER allata, aliud quoque splendore ac magnificentiam præceteris templum à Constantino Magno excitatum fuisse accepimus ex Ducange lib. 4. §. 8. n. 5. cujus notitiam sumpsit ex Originibus C. P. ineditis, ubi hæc habentur: *Εν τῷ ἁγίῳ Μωκίῳ, καὶ τῷ ἁγίῳ Μηνᾷ ἐδείκθη τὰ Ἀγάλματα (Constantinus M.) καὶ ἀνόμαστον τὸν ναὸν ἕως τὴν δὲ τελείαν αὐτῷ ἀνοικοδομήν ἐποίησε Πελχεῖα, καὶ Μαρμάρου καὶ ῥέε χόνους περὶ τοὺς ἱεροὺς οὐκὴν, καὶ περὶ ἁγία. Ex S. Mocii, & S. Menæ templis transtulit ἀγάλματα statuas (Constantinus M.) & nominavit*

templum sic. Perfectam vero ejus reedificationem fecerunt Pulcheria, & Marcianus post centum sexaginta quinque annos, apposueruntque vasa sacra, & suburbia.

C A P V T XLIII.

De Ecclesia S. Stephani prope Sigma.

SANCTI Stephani ædem prope Sigma, πλησίον τῆς Σίγματος, excitavit Constantinus Magnus. Hanc postmodum Leo Philosophus ad minorem formam redegit, & materiam, columnas, marmora, & Musiva in Ecclesiam Omnium Sanctorum, à se ædificatam, transtulit. Ita Codinus pagin. 62. qui alio loco scribit, eundem Constantinum eò habitandi causâ hiberno tempore secedere solitum: καὶ τὴν γὰρ τῆς ἀγίας Στεφάνου ὕπερ ἔειχε χειμεριῶν κοιτῶνα, ἀνήγειρε. Et Templum S. Stephani, in quo habebat cubiculum hibernum, excitavit. Origines C. P. Mss. Τὸν δὲ ἄγιον Στέφανον τὸ ὄντα πλησίον τῆς σήγματος ὁ μέγας Κωνσταντῖνος ἀνήγειρεν. ὁ δὲ Λέων ὁ βασιλεὺς ἐποίησε μικρὰν, καὶ τῶν ἄλλων πᾶσαν τὴν χρυσῶν ψηφίδων καὶ ποικίλων λίθων, καὶ τὰς κίονας ἀπέθετο εἰς τὰς ἀγίας Ἀποστόλους διὰ τὴν τῆς γυναῖκος αὐτοῦ θαυματουργίαν, καὶ ἀγιότητα, τῆς πρώτης λέγων Θεοφανῆς τῆς ἀγίας, καὶ θαυματουργῆς βασιλίδος. ἐκείσε δὲ καί ται ὁ ἄγιος Ἰσαάκιος. Sanctum verò Stephanum, qui est prope Sigma, Magnus Constantinus excitavit. Leo autem Imperator in parvum redegit, & omnem materiam, aurearum gemmarum, & variorum lapillorum, & columnas contulit ad Sanctos Apostolos, propter ejus uxoris miracula, & sanctitatem, primæ, inquam, sanctæ, & admirabilis Regine divinam speciem referentis. Illic autem requiescit Sanctus Isaacius.

C A P V T XLIV.

De Templo S. Menæ Martyris.

INTER sacra ædificia à piissimo Imperatore Constantinopoli excitata, præsens meritò connumerandum venit; quod licet à fundamentis constructum minimè fuerit, nihilominus cùm Idolorum esset fanum, ejectis simulacris, Deo vero, ac in S. Menæ honorem, noster Cæsar dicari voluit. De hoc eodem templo narrat Codinus, Jovi primùm sacrum fuisse, suâque adhuc ætate (floruit Codinus seculo XIV.) in marmoreis arcubus, qui duabus columnis ingentibus sustentabantur, Jovis, & Saturni statuas superfuisse. Hesychius verò Milesius, non Jovi, sed Neptuno sacrum fuisse scribit: Ποσειδῶν τε τέμενος ἔσθ' ἐπὶ τῇ θαλάσῃ ἀνήγειρεν ἔντα ἕνθ' ὁ τῆς μάρτυρος Μηνᾶ οἶκος διακεκρόσθη. Et Neptuni Delubrum versùs mare excitavit, ubi nunc Martyris Menæ domus constructa est. Quare Gyllius libro II. capite 24. Ex hujus inconstantia, ait, nihil aliud assequi possum, nisi mihi verisimiliùs videtur Templum Menæ in his partibus Acropoleos, in quibus olim fuit Templum Neptuni, cùm ex Dionysio Byzantio antiquissimo Scriptore tradente, paulò supra promontorium Bosphorium fuisse Egressorie Minervæ aram, & Templum Neptuni, & sub Templo Neptuni intra muros fuisse studia, & gymnasia, &c. Hæc summatim de hoc ædificio, plura apud laudatum Du Cange loco citato.

CAPVT XLV.

De Ecclesia S. Metrophanes.

P R I M V S qui Constantinopolitana, Episcopalemque occupaverit Sedem S. Metrophanes Byzantii Episcopus, Probiq; Imperatoris nepos fuit. Hic dum Byzantii Episcopalem regeret cathedram, ut in Chronico Alexandrino habetur, noster Augustus C. P. Urbem ædificavit, Ecclesiamque hanc quoque construxit, ut Codinus pag. 62. scribit, quæ successivè à Justiniano Imperatore instaurata fuit. De ea nullam aliam reperimus memoriam, ideò ad sequentes calamum convertamus.

CAPVT XLVI.

De S. Procopii Templo.

P R O C O P I A N A M ædem *την χαλάνου* dictam, scilicet à regione, in qua eam noster Imperator construxit, ut narrat laudatus Codinus pag. 39. Hanc eandem eodem laudatus Du Cange censet esse illam, quam renovavit Zeno Isaurus Imperator.

CAPVT XLVII.

De Ecclesia S. Romani.

A B. Helena hanc Ecclesiam ædificatam fuisse scribit citatus Codinus pag. 49. collapsam reædificavit Basilius Macedo, ut narrat Porphyrogenitus in illius vita cap. 54. Si cupis scire, quisnam iste S. Romanus fuerit, adi laudatum Du Cange.

A

CAPVT XLVIII.

De Ecclesia S. Theodori.

E C C L E S I A M hanc *ἡ κλαυδία* appellatam, ac à B. Helena constructam fuisse tradit sepelaudatus Codinus pag. 38. Nil aliud de ea præter memoriam superest.

CAPVT XLIX.

De Templo Sanctæ Euphemie in Hippodromo.

H V I V S Sanctæ templum *ἑστὴν Εὐφημίου τῆν ἐν Ἰαποδρόμῳ*, scilicet in Hippodromo, sive juxta Hippodromum conditum, pretiosisque marmoribus exornatum fuit à Magno Constantino, quod postmodum à Constantino Copronymo in Armamentarium, ac sterquilinum conversum, fuit, projectis in mare S. Euphemie reliquiis. Plura si cupis Du Cange adi.

CAPVT L.

De Monasterio Gastria appellato.

S I Originibus Constantinopolitanis ineditis, ac à laudato Du Cange relatis fides sit adhibenda, Monasterium hoc ab Helena, nostri Imperatoris matre, constructum asseritur; nihilominus nonnulli alii Scriptores alios ipsius Monasterii constructores assignant, qui videri possunt apud laudatum Du Cange.

C A P V T L I.

De Homonea, seu Concordia Oratorio.

PVTANT aliqui, ut refert sæpe-
citatus Du Cange, quòd noster
Imperator in nova à se condita Urbe,
eadam fermè publica ædificia constru-
xerit, quæ Romæ habebantur, ædem-
que pariter Concordiæ excitavit; nam
hac in Urbe Concordiæ ædes excitata
fuerat, quam eodem Constantino im-
perante vetustate collapsam in melio-
rem formam S. P. Q. R. restituit, ut
docet inscriptio apud Gruterum pag.
100. n. 6.

C A P V T L I I.

De Ecclesia S. Crucis.

SVPRACITATVM Alexandri-
num, sive Paschale Chronicon,
aliam nobis suggerit ædem à nostro
Cæsare constructam. Sic enim in
Olympiade 278. de huiusmodi tem-
plo fit mentio.

CCLXXVIII. OLYMPIAS.

XXVIII. Ind. VI. Dalmatio, &
Anicio Paulino Coss.

*His Coss. facta est Dedicatio Eccle-
siae Sanctæ Crucis, quam Constantinus
Magnus edificaverat, temporibus Ma-
carii Episcopi (Hierosolymitani) die
XVII. mensis Septembris. Atque hinc
deinceps initium accepit Festum Appa-
ritionis Sanctæ Crucis.*

C A P U T L I I I.

*De Monasterio S. Diomedis
Constantinopoli.*

SANCTI Diomedis Monasterium.
à Constantino Magno ædifica-
tum narrat Codinus pag. 51. Exinde
Basiliius variis donariis, ac ingentibus
redditis locupletavit, uti Porphy-
rogenitus in ejus vita cap. 52. & ex eo
Scylitzes pag. 586. scribunt, eâ scili-
cet occasione, quam tradunt idem Por-
phyrogenitus cap. 7. Simeon Logo-
theta in Michaelē num. 11. Leo Gram-
maticus, & Zonaras. Origines C. P. Mss.

Τὸν ἄγιον Διομήδην ἐκτίσεν ὁ μέγας Κωνσταντῖνος ὁ δὲ Βασι-
λεὺς ὁ Μακεδῶν ἀνήγειρε τὸτον, καὶ ἐκαλλώπισε, καὶ ἀπε-
χάρισατο κτήματα. Διὰ τὸ πῖν ὁπιστάσαν τῆς βασιλείας ἐνεῖσε
ιδεῖν αὐτῶν, Sanctum Diomedem condidit

**Magnus Constantinus, Basiliius verò
C Macedon hunc excitavit, & ornavit,
& largitus est ei opes, propterea quòd
ipse vidit illic Regni visionem. Illius
etiam meminit Theophanes anno 36.
Justiniani. Huic ædi adjacuisse carce-
rē auctor est Nicetas in Alexio Man. F.**

Εἰς τὴν τῷ ἁγίῳ Διομήδῳ μόνῃν ἐπέπνευσε ἐπιπέσει γενεοτάτην
ἔσαν εἰρητὴν ἀλλέως ἀπάραται. In quemdam S.

**Diomedis carcerem solum illo, ubi an-
gustissimus est ingloriè abducitur. At-
que inde Carcer Diomedis appellatur
in Historia exilii S. Martini Papæ, &
Martyris, ubi in Prætorio Præfecti,
Urbis nempe, extitisse dicitur: Conje-
cerunt eum in unum carcerem cum ho-
micidis, & post unam quasi horam tu-
lerunt eum, inde, & transposuerunt in
eam, quæ dicitur Diomedis custodia, in
Prætorio Præfecti. Hypomnesticum
de Anastasio Apocrifiario: Cùm ad-
huc essent Byzantii in custodia Præto-
rii Præfecti, quæ appellatur Diomedis.**

CAPVT LIV.

*De Ecclesia S. Salvatoris in Civitate
Nicomediae Provinciae Bithyniae
Metropolis.*

NICOMEDIA Bithyniae Provinciae Urbium caput, quorundam Romanorum Imperatorum Sedes, non mediocre splendoris sui incrementum accepit ex quodam eximia speciei, ac molis templo, quod inibi Constantinus ædificavit, ut tradit Eusebius de vita Constantini lib. 3. cap. 50. sequentibus verbis: *Urbem verò primariam Bithyniae, pulcherrimam, & magnificentissimam Ecclesie monumento exornavit, erectis proprio sumptu in honorem Servatoris sui, eo etiam in loco tropæis victoriæ, quam de hostibus, & de adversariis Dei retulerat. Nempe de Licinio, quem in eadem Vrbe obsessum, ad deditionem coëgit. Ipsumque hoc repetit idem Historicus in Orat. de Laudibus Constantini cap. 9. ubi sic: Urbem totius Bithyniae facile principem amplissimam, & pulcherrimam exornans Basilicam.*

CAPVT LV.

De Templo Antiochiæ condito.

ANNO Imperii sui 22. necnon reparatæ salutis 329. Magnus Constantinus Antiochiæ templum Domino, quod Aureum appellatum fuit, cœpit ædificare; ut in Eusebii Chronico habetur; item in Constantini vita lib. 3. cap. 50. post foundationis Ecclesiæ Nicomediensis narrationem, sic suam prosequitur historiam: *In reliquis etiam Provinciis, præcipuas, ac nobilissimas quasque Urbes Oratorio-*

rum magnificentiam illustravit: exempli gratiam Urbem totius Orientis Metropolim, quæ ab Antiocho nomen traxit, in qua tanquam in vertice omnium ejus regionis Provinciarum singulare quoddam opus, seu amplitudinem, seu decorem spectes, Deo consecravit. Quippe universum templum longissimo extrinsecus ambitu circumscripsit. Interius verò Basilicam ipsam ad summam erexit altitudinem; figuram quidem octaedri constructam, plurimis verò circumquaque cubiculis, & exhedris, & tam subterraneis locis, quam solaris undique circumdatam. Quam quidem Basilicam auro plurimo, & ære, aliisque pretiosis speciebus copiosissime exornavit. De hoc eodem templo meminit Abulpharajius Arabs in sua Historia Dynastiarum pag. 85. sic scribens: Struxit (scilicet Constantinus) etiam Antiochiæ templum octogonum nomine B. Virginis.

CAPVT LVI.

*De Templo in Constantina Civitate
Numidiæ.*

ALIVD quoque templum ab eodem Imperatore constructum fuisse in Constantina Civitate Numidiæ Provinciae suggerit nobis Historiæ Ecclesiasticæ Parens eruditissimus Baronius ad annum 316. num. 61. & seqq. ubi Donatistarum in Catholicos rabiem referens, eorundem Donatistarum reditum, ac Basilicæ invasionem describit, quam quidem Basilicam in eadem Constantina Civitate adhuc Cathecumenus idem Constantinus ædificandam curaverat. Eâ autem Catholici privati, patientiam Christianam, jacturam ferentes, à turbis excitandis

penitus abstinuerunt; petierunt tamen ab Imperatore aliquem sibi locum attribui, qui Fisco addictus esset, ut inibi novam Ecclesiam ædificare valerent. Quibus supplicibus literis acceptis, commendatâque Christifidelium modestiâ, ad Præfectum Numidiæ rescripsit, se domum priorum bonorum cum omni jure suo Catholicæ Ecclesiæ donâsse, ubi sumptibus Fisci Basilicam erigi præceperat. En accipe ejusdem piissimi Imperatoris epistolam super hac eadem re à laudato Baronio relatam loco citato n. 62. ubi sic.

Constantinus Victor Maximus, ac Triumphator semper Augustus Zeuzio, Gallico, Victorino, Sperantio, Januario, Felici, Crescentio, Pontio, Victori, Babutio Donato Episcopis.

Cum summi Dei, qui hujus mundi Auctor, & Pater est, cujus beneficio vitam carpimus, cælum suspicimus, humanâ etiam societate gaudemus, hanc voluntatem esse constet, ut omne humanum genus in commune consentiat, & quodam societatis affectu quasi mutuis amplexibus glutinetur: non dubium est, hereses, & schisma à Diabolo, qui caput est malitiæ processisse; & ideo quidquid ab hæreticis geritur, ejus instinctu fieri, qui eorum sensus, mentes, cogitationesque possidet, nulla dubitatio est: nam cum ejusmodi homines in sua potestate redegerit, iisdem usquequaque do-

Atate perfecit, ad diaboli partem prono errore decurrit? Sed quia semel possessus animus à malo, necesse est doctoris sui operibus instare, ea perficiat, quæ equitati, & justitiæ contraria videantur: idcirco ii, qui à diabolo possessi sunt, ejus falsitati, & nequitiae obsequuntur. Non autem mirandum est, à bonis improbos discedere: nam sic rectè proverbio signatum est; Pares cum paribus congregari. Qui malo impie mentis infecti sunt, necesse est à nostra societate dissideant: Homo siquidem malus (ut Scriptura loquitur) de malo thesauro profert mala; bonus verò ex bono profert bonum.

Sed quia (ut dictum est) hæretici, & schismatici, qui bonum relinquentes, & malum sectantes, ea perficiunt, quæ Deo displiceant, diabolo, qui eorum pater est, adprobantur adherere; rectissime, & sapienter gravitas vestra facit, & secundum sanctum fidei Dei præceptum ab eorum perversis contentionibus temperando, & iisdem remittendo, quod idem sibi indebitum, atque alienum usurpare contendunt: ne, sicuti est eorum perversitas maligna & perfida, ad seditiones usque prorumperent, & inter turbas, atque concentus sui similes incitarent, atque ita aliquid existeret, quod sedari non oporteret. Sceleratum quippe eorum propositum semper requirit diaboli opera perficere. Et ideo cum à Sacerdotibus Dei per patientiam cum ipso suo patre superant. Sibi hi, qui cultores Dei summi gloriam, illi verò damnationem comparant, & condigna supplicia: ex hoc quippe majus Dei summi existat, istiusque judicium, quod eos æquo animo tolerat, & patientiâ condemnat, his omnia, quæ ab ipsis processerunt, sustinendo: Deus siquidem se omnium vindictam promisit. Et ideo cum vindicta Deo

Permittitur, acrius de inimicis supplicium sumitur. Quod vos nunc famulos, & sacerdotes Dei libenter fecisse cognovi: & satis gratulatus sum, quod de impiis, & sceleratis, sacrilegis, & prophanis, perfidis, & irreligiosis, & Deo ingratis, & Ecclesie inimicis, nullam vindictam poscitis, & ut idem quid potius ad veniam pertineat postulatis. Hoc est verè, ac penitus Deum nosse: hoc est præceptis insistere: hoc est fideliter credere: hoc est verè sentire: hoc est scire, quod major vindicta in contrarios Ecclesie provocetur, cum iisdem in seculo parcitur.

Accepta igitur epistolâ sapientie, & gravitatis vestræ, comperi hæreticos, sive schismaticos, eam Basilicam Ecclesie Catholicæ, quam in Constantina Civitate jusseram fabricari, solitâ improbitate invadendam putasse, & frequenter tam à nobis, quam à Judicibus ex nostra jussione cõmonitos, & reddere quod suum non erat noluisse: vos autem imitatores patientie Dei summi, eorum malitie placidâ mente, ea quæ vestra sunt relinquentes, & potius locum vobis invicem alium, Fiscalem scilicet, poscere. Quam petitionem, more instituti mei, libenter amplexus sum: & statim ad Rationalem competentes dedi, ut domum bonorum nostrorum transgredi faciat cum omni jure suo ad dominium Ecclesie Catholicæ, quam promptâ liberalitate donavi, ac vobis tradi protinus jussi: in quo tamen loco sumptu Fiscali Basilicam erigi præcepi. Ad Consularem quoque scribi mandavi Numidie, ut ipse in ejusdem Ecclesie fabricatione in omnibus sanctimoniam vestram juvaret. Lectores autem Ecclesie Catholicæ, & Hypodiacones, reliquos quoque instinctu memoratorum quibusdam pro mortuis ad munera, vel ad Decuriona-

Atum vocati sunt, juxta statutum legis mee, ad nullum munus statui evocandos: sed & eos, qui ducti sunt hæreticorum instinctu, jussimus protinus molestis perfunctionibus absolvi. De cætero etiam legem meam super Ecclesiasticos Catholicos datam custodiri mandavi: quæ omnia, ut vestræ patientie palam fierent, harum literarum testificatione præscripta sunt. Et utinam quidem hæretici, vel schismatici aliquando suæ salutis providerent, & deterfis eorum tenebris, ad visionem veræ lucis oculos aperirent, & à diabolo secederent, & ad Deum, qui unus, & verus, qui omnium judex est, vel serò confugerent. Sed quia constat eos in sua malitia manere, & in suis facinoribus mori velle, sufficit iisdem cõmonitio nostra, & præcedens assidua cohortatio; si enim jussionibus nostris obtemperare voluissent, ab omni malo liberarentur. Nos tamen, fratres, sequamur, quæ nostra sunt, mandatis instemus, custodiamus divina præcepta, ex bonis actibus vitam nostram ab erroribus vindicantes, faventes Dei misericordiâ per rectum limitem dirigamus.

CAPUT LVII.

De Ecclesia Heliopoli.

DIVINO cultui, bonisque moribus asserendis apprimè salutare consilium fuit Imperatoris nostri, Basilicam in Civitate Heliopoli in Phrygia construendi. Consilii hujusmodi causa, Basilicæque constructio refertur ab Eusebio de vita Constantini lib. 3. cap. 58. ubi hæc: Inter præclara Imperatoris facinora fuit illud, quod in Urbe Phœnices Heliopoli ab eo gestum narratur. Gentiles quidem, qui obscenam libidinem Deæ Veneris vocabulo

bulo afficiebant, uxoribus, ac filiabus suis stuprum impunè admittendi licentiam concedebant. Postea nova lex ab Imperatore directà fuit modestiæ plena, qua cavebatur, ne quidpiam eorum, quæ prius in more posita erant, in posterum præsumeretur. Atque iterum scriptas institutiones illis misit, utpote ob hanc præcipuè causam à Deo destinatus, ut omnes mortales temperantiæ præceptis imbueret. Quocirca nec ad hos per scripta concionari dedignatus est, eos exhortans, ut ad veram Dei cognitionem devenirent: statimque sua dicta, factis confirmavit; cum eo etiam in loco ingentem Christiani cultûs Basilicam construxisset; & quod à prisca hominum memoria nullibi auditum fuerat, tunc primùm opere ipso completum est, & Urbs superstitioso cultui addicta, Ecclesiam Dei, & Presbyteros, & Diaconos habere meruit, & Episcopus summo omnium Deo consecratus, ejus Civitatis hominibus præfuit. Ad hæc Imperator providâ mente prospiciens, ut quamplurimi ad Christi fidem accederent, plurima ibidem ad pauperes sublevandos largitus est. Hac etiam ratione ad salutarem doctrinam homines alliciens, atque invitans, ac non solum verba Pauli proferens, ita dicentis: Sive per occasionem, sive per veritatem Christus annuncietur.

Hæc sunt quæ de nostro inclyto, religiosissimo, ac piissimo Magno Constantino colligere potuimus, ex quibus clarè deduci valet, quanta ipsius erga divinum cultum, Christianamque religionem fuerit devotio.

At ne minimum quidem quod tanti Imperatoris magnificentiam testari valeat, in oblivionis tenebris delitescat, eique aliquid gloriæ detrahatur; donaria, quæ titulo Equitio à Bea-

tissimo Sylvestro Papa crecto ille contulit, hîc in ejus liberalitatis erga Ecclesias, Christianamque Religionem signum, apponere operæ pretium visum est, quæque sunt:

Patena argentea pensans libras 20. Scyphi argentei duo, qui pensaverunt singuli libras denas. Calix aureus pensans libras duas. Calices ministeriales quinque pensantes singuli libras binas. Amæ argenteæ duæ pensantes singulæ libras denas. Patena argentea Chrisimalis auro clusa pensans libras quinque. Phara coronata decem pensantia singula libras octonas. Phara ærea 20. pensantia singula libras denas. Canthara Cerrostrata 12. ærea pensantia singula libras tricenas. Fundus Valerianus in territorio Sabinensi, qui præstat solidos 80. Fundus Statianus in territorio Sabinensi, qui præstat solidos 55. Fundus duas Casas in territorio Sabinensi, qui præstat solidos 40. Fundus Percilianus in territorio Sabinensi, qui præstat solidos 20. Fundus Corbitanus territorio Corano, qui præstat solidos 60. Domus in Urbe cum balneo Sicinini regione, quæ præstat sol. 85. Hortus intra Urbem Romam in Regione ad duos adamantes, qui præstat solidos 15. Domus in Regione Orphea intra Urbem, quæ præstat solidos 58. & tremissem.

Quæ de hoc sepe laudato erga Christianam Religionem munificentissimo Imperatore scripsi, quæve narravi, benigne Lector, sereno accipe vultu, & si quid in hisce meis lucubrationibus omiserim, aut in aliquo erraverim, condona, quoniam ab erroribus immunis minimè sum, præsertim verò cum me sæpissimè mea munera aliorum distrahant.

P A R E R G O N.

C A P V T LVIII.

De Musivis operibus in Sacello, sive loco, ubi B.V. Maria stabat cum Joanne, quando Salvator Cruci affixus fuit, extantibus.


DV M nostrum hoc opus de sacris Ædificiis à Constantino Magno constructis mensibus à nonnullis sub Censore manebat, supervenit Musivi operis exemplar è Hierusalem transmissum Reverendissimo Patri Fr. Bernardo Josepho à Jesu Maria Commissario, Procuratorique Generali totius Franciscanæ Familiæ Terræ Sanctæ in Romana Curia, de quo etiam fati sumus, occasione alterius exemplaris Musivi operis in Ecclesia Bethleemitana, & cum eidem ob hanc curam, nobis hujusmodi obtinendi exemplaria, quam habet, admodum adstricti simus, ideò honoris causâ eum denuò nominamus, ut magis erga eundem notus sit noster devinctus animus. Is ergo R. P. nuperum exemplar nobis communicavit, quod sub fornice Sacelli, sive loci, ubi B.V. Maria stabat cum Joanne, quando Christus Dominus Noster Cruci affixus fuit, extat, de quo Quaresmius in suis Elucidationibus Terræ Sanctæ Tom. 2. lib. 5. c. 39. pereg. 1. scribit, quòd Ascensionis Domini historia expressa est, in qua Christus ad Cœlos ascendens versâ ad Occidentem facie cernitur, à quatuor comitatus Angelis; in parte verò Orientali stupentes Apostoli sunt, Sal-

vatorem suum ascendentem in Cœlum aspicientes, sequenti cum inscriptione, quæ unicâ comprehensa lineâ Sacelli interfecat fornitem, sive cameram ab Aquilonari, usque ad Meridionalem partem.


VIRI GALILEI QUID ASPICITIS
B IN CELVM HIC IESVS QVI ASSUMPTVS EST A VOBIS IN CELVM SIC VENIET QVEMADMODVM VIDISTIS EVM EVNTEM IN CELVM.


Hæc tantum Quaresmius; qui hanc prout jacet inscriptionem abbreviatis refert characteribus, quod nos facere non valuimus ob Impressoris similibus characterum inopiam. Hujus Musivi operis exemplar exponimus in annexa Tab. xxxiv. ubi quidquid Quaresmius verbis expressit, figurarum delineatione oculis cernere Lector valeat. Cum ipsas nos sedulo observaremus figuras, nonnulla nostra in mente excitavere dubia, quorum solutionem tentavimus, illiusque approbationem benigni Lectoris judicio relinquimus; utpote etiam amplissimum locum certiora interpretandi.

Primo igitur se offert loco Christus D. N. in cœlum ascendens, qui potius Patrem Æternum, formâ quâ depingi solet, quam ipsum Christum representat; nam si ad faciem oculos intendamus, potius virum senem, quam juvenem denotat. Diligentissimus Ecclesiasticæ historiæ pensor Cardinalis Baronius ad annum 34. num. 148. indagat, quonam ætatis anno Christus D. N. obierit, concluditque 34. suæ ætatis









ætatis anno crucifixum fuisse, diver-
 forum Patrum expendendo auctori-
 tes. Nam nonnulli Patres sunt, qui
 anno trigesimo primo, alii verò in aliis
 annis usque ad quinquagesimum suas
 extendunt opiniones. Quare mirandū
 minimè est, si Pictor Christum æta-
 te provectum appinxit, cū illorum
 sententiam sequutus fuerit, qui ad fe-
 nium vergentem Christum obiisse
 existimârunt. Vterius proluxa barba
 minimè concedit, ut certa dignosci
 valeat ætas. Nam Sacerdotum Judæo-
 rum, Nazaræorumque mos fuit, capil-
 los, & barbam nutrire, ut Sacræ docent
 Literæ. De Sacerdotibus Levit. cap.
 19. n. 27. *Neque in rotundum atton-
 debitis caput, nec radetis barbam.* De
 Nazaræis autem Numer. cap. 6. n. 5.
 habetur: *Omni tempore separationis sue
 novacula non transibit super caput ejus,
 usque ad completum diem, quo Domino*
*consecratur, sanctus erit crescente casarie
 capitis ejus.* In hunc locum narrat Lo-
 rinus, quòd licet capitis expressâ men-
 tione, videatur capillus tantū intel-
 ligi, barba non item, de hac tamen
 omnes etiam intelligunt, & ad caput
 pertinere non dubitant. Varia de bar-
 bis proluxis texuit Joannes Pierius Va-
 lerianus, ad quem curiosum Lectorem
 plura de barbibus scire cupientem, remit-
 to. Notandum quoque est, Musivum
 opus ex parvis confectum esse lapillis; D
 quamobrem eam venustatem, quam
 repræsentat, Pictura exhibere minimè
 potest, ut in nostro opere de Veteribus
 Monumentis ^{P. 12.} cap. 12. fusè ostendimus.
 De hujus Musivi ætate, nempe ævo,
 quo constructum fuit, illiusve Auctore
 perquisivimus, sed nihil reperire po-
 tuimus; conjicimus tamen undeci-
 mum, vel duodecimum redolere secu-

lum; nam ex floribus, aliisque orna-
 tibus, Bethlemico Musivo assimilatur,
 quod per hæc tempora elaboratum
 fuit, ut nos supra cap. 24. ostendimus.
 Addendum insuper est, admodū R.P.
 Emanuelem à S. Clemente, qui hujus
 Musivi operis exemplar Hierosolymis
 Romam detulit, dixisse mihi, ita ex
 lampadum, aliorumque luminum fu-
 mo hoc Musivum esse obductum
 opus, ut in illo transcribendo uti can-
 delæ lumine perneceffe fuerit: quare,
 fortasse Pictor in transcribendo erra-
 vit, & Christum senioem, quàm ipsa
 figura repræsentat, delineavit.

Secundum oritur dubium ex trian-
 gulari diademate (ut vulgò appellatur)
 retro Christi caput expresso, quod so-
 lum Patri Æterno appingi solet. Cui
 dubio responderi posse judico, hoc ad
 Pictoris placitum fuisse expressum.

Nam triangularis forma unicuique ex
 Personis Sacratissimæ Triadis conve-
 nit, cū eadem sint in Essentia, nam
 earundem una est Divinitas, æqualis
 gloria, coæterna Majestas. Qualis Pa-
 ter, talis Filius, talis Spiritus Sanctus;
 ut fusiùs habemus in Symbolo, quod
 sub Athanasii nomine circumfertur.
 Cur autem diadema in Christi, Sancto-
 rumque capite exprimat, exposui-
 mus in dicto nostro opere de Musivis
 Operibus cap. 14. utpote etiam in
 cap. 26. ubi quid Globus in simula-
 crorum manibus expressus, denotet,
 exposuimus.


Tertium quod accedit dubium est:
 ad Christi pedes duos observari An-
 gelos baculum, seu quidpiam aliud præ
 manibus tenentes; ne hoc etiam du-
 bium intentatum relinquam, meam
 expono sententiam, quam jam expref-
 si in eodem meo opere de Musivis


Operibus cap. 15. erga finem, ubi dixi, antiquos Christi fideles omnem animi curam, ac studium impendisse, ut profundissima Apocalypseos mysteria, quoad fieri posset, publicè spectanda proponerentur, uti passim diversis in Musivis à me in eodem meo opere allatis observari valet. Quare Angeli sic expressi non baculos, sed arundines præ manibus tenent, ut in laudata dicitur Apocalypsi cap. 21. n. 15. *Et qui loquebatur mecum habebat mensuram arundineam auream, ut metiretur Civitatem, & portas ejus.* Angelos similes arundines præ manibus tenentes exposuimus etiam in citato nostro opere de Musivis Operibus cap. 20.

Post tertium, quartum sequitur dubium, videlicet, quòd tantum novem numerantur Apostoli, & non undecim. Ex Marco enim cap. 16. n. 14. habemus: *Novissimè recumbentibus illis undecim apparuit, & exprobravit incredulitatem eorum, &c.* Et infra n. 19. *Et Dominus Jesus, postquam loquutus est eis, assumptus est in coelum, & sedet ad dexteram Dei.* Lucas verò cap. 24. n. 36. ait: *Dum autem hæc loquuntur, stetit Jesus in medio eorum, & dicit eis: Pax vobis, ego sum, nolite timere.* Et infra n. 50. *Eduxit autem eos foras in Bethaniam, & elevatis manibus suis benedixit eis: & factum est, dum benediceret illis, recessit ab eis, & ferebatur in coelum.* Ergo ultra novem in numero erant. Dubium hoc alio modo solvere ignoro, quàm placitum, aut inscitiam Pictoris esse affirmando; cui satis fuit, nonnullos exprimere Apostolos, nullo habito ad eorum numerum respectu. Si bene expressi, observentur, in eorum medio cernitur

A S. Joannes, qui sinistrum habet genu flexum, dexterum verò inclinatum. Eorundem Apostolorum vestes animadversione dignæ etiam censentur, quæ omnes sunt talares, ac unius Apostoli, qui dexteram manum, prout indicem, elevatum habet; istius vestis Græcam Casulam, sive Planetam representat, cujus Casulæ forma etiam apud Latinos eodem saculo, quo præfens Musivum opus elaboratum fuit, in usu erat.

Suprarelatis quintum addo dubium, nempe quid denotet virga, seu baculus ille, quem tres tenent Apostoli? Cui dubio respondeo, quòd baculorum gestatio ad corporis sustentationem adinventata fuit, Beatumque Petrum Apostolorum Principem baculum gestasse habemus ex ipsomet baculo, qui adhuc Treviri servatur, ut ostendi in meo opere de Veter. Monumentis^{pp} cap. 15. De antiquo baculorum usu, eorumque symbolo. Sumus enim viatores in hoc mundo. Hic audio ab aliquibus mihi opponi, baculum in Musivo expressum brevioris apparere mensuræ, quàm ille, qui ad corporis sustentationem necessarius est. Cui objectioni respondeo, Pictoris fuisse inscitiam, utpote etiam illam superius expressam, quando appinxit arundinem in manu Angeli etiam brevem, cum longiorem exprimere debuisset, ut observari potest in Musivo opere S. Agathæ Ravennæ, de quo nos fati sumus in nostro opere Veter. Monument. part. 1. cap. 20. Hæc, quæ aliquâ animadversione digna erant, exposuimus: si plura benignus observaverit Lector, pro suo arbitrio, & eruditione supplere valebit.





C A P V T L I X .

De Ichnographia Templi S. Sophiae
Constantinopolis.

D E S C R I P S I M V S supra cap. 25. in-
clytum Constantinopolita-
num Templum S. Sophiae à Magno
Constantino constructum, quod post-
modum à Constantio ejus filio in ho-
diernam, quæ visitur, formam, reædi-
ficatum, sive redactum. Hujus celebris
ædificii Clarissimus Vir Du Cange in
sua Constantinopoli Christiana exem-
plar refert, cùmque aliud simile exem-
plar nobis communicaverit D. Albas
Ludovicus Sergardi, humanarum lite-
rarum cultor eximius, hocque in mul-
tis accuratius illo Du Cange delinea-
tum deprehenderim, duxi propterea
idem publici juris facere, ut eruditus
Lector genio suo magis indulgere va-
leat. Tabula igitur XXXV. hoc de-
monstrat exemplar, ubi crux magna
templi meditullium designat, super
quod magnus imminet Tholus, cujus
diameter ad octodecim *toises* Gallicas
porrigitur. Toise enim Gallica est
mensura pedum sex.

A Scilicet ✕ locus ubi antiqui-
tus ara erat.

B Locus in quo Turcæ eorum
falsæ legis codicem, Alcoranum deno-
minatam, necnon eorum falsi Prophe-
tæ tumuli culcitram custodiunt.

C Locus in quo Turcarum Muphi-
ti, nempe eorundem primus à sacris
faciundis, solennibus diebus falso
Prophetæ Mahometi preces fundit.

○ Janua per quam Turcarum
Magnus Dominus Templum oraturus
ingreditur.

A Locus in quo idem Magnus

Dominus in oratione *sistit*.

D Litera hæc quatuor magnas
parastatas denotat, quæ Tholum sus-
tentant.

○ Quatuor minores parastates,
quæ sex minores semitholos, tres ad
Orientem, totidemque ad Occiden-
tem sustentant.

○ Locus ubi olim Imperialis sta-
bat thronus.

B **E** Scalæ quæ ad superiorem por-
ticum præbent ascensum.

F Fenestræ, sive Meniana.

f Particulares scalæ, per quas soli
Diaconi ascendebant populum thuri-
ficaturi, qui in superiori stabat por-
ticu.

G Quatuor magnæ columnæ ex
integro lapide Ophite, quarum diame-
ter est pedum quatuor, quæ alias sex
minores columnas superiorem porti-
cum formantes sustentant.

H Quatuor semicirculi è quatuor
magnis, duabus verò minoribus, para-
statis formati, ipsarum quælibet duas
porphyreticas columnas super Ony-
chinas quadratas bases insidentes; sin-
gulæ duæ ex his columnis sex minores
sustentant, quæ superiorem porticum
formant, ac etiam semitholos sus-
tant.

I Regia Janua, quæ quatuor alias
laterales ab utraque parte habet.

L Propilæum, sive vestibulum ad
quod per sexdecim loca patet ingres-
sus, quorum novem Orientem, quin-
que Occidentem, unus Septemtrio-
nem, alter Meridiem respiciunt.

M Quatuor scalæ Cochlides.

N Porticus, sive exterius vesti-
bulum, quod antiquitus Narthex ap-
pellabatur.

A a

O Magna

O Magna quadrata turris, quæ olim pro campanarum usu inserviebat.

P Gradus qui præbent descensum ad hauriendam aquam per tubulos proficientem, quæ in magna cisterna, per totum ambitum templi S. Sophiae è superioribus tectis descendens, congregatur.

Q Januæ exteriores templi.

R Fontes in quibus Turcæ ante templi ingressum se purgant.

S Atrium ante templum.

T Cubicula, quæ sunt circa Atrium.

V Locus in quo magnus aquæ cantharus est.

X Parvum octangulare templum, quod olim pro Sacratio inserviebat.

F I N I S

Q Quatuor magnæ columnæ ex integro lapide (quædam dicitur esse etiam de marmore) quæ sunt in portico minoris columnarum superiorum porticum formantes iusticiam.

H Quatuor semicirculi è quatuor magnis, duobus vero minoribus, parvis formati, quibus quadratus gradus quatuor columnarum superiorum, quibus quadrata bases insidentes sunt: quæ ex his columnis for minoribus insidentibus, quæ superiorum porticum formant, ac etiam semicirculos insidentibus.

M Quatuor (sive Cochleæ) N Porticus, sive exansus, ubi beluæ, quod antiquitus Nartex appellabatur.

Contingit constructum quod porticum in duobus contractis gradibus in duobus gradibus, quæ videntur formam reddere porticum, sive redactum. Hujus celestis ædificii Christianus Virda Cange in sua Constantinopoli Christiana exemplar referit, cumque aliud simile exemplar nobis communicavit D. Albas Iohannes de Selyard, illustravit in manu scripta eorum eximus, hocque in manu scripta accuratus ille D. Cange delinens, tum deprehendens, dæxi propter idem publicis facere, ut eruditis minoribus columnarum superiorum porticum formantes iusticiam. Hæc Tabula igitur XXXVI. in exemplaribus, ubi cum magnis templi medullis designat, tum quod magnus iusticiam, sive gradus diametris ad octodecim (sive) Gallias porticus, Tolle enim Gallia est mensura pedum sex.

A. Sæpe est locus ubi antiquus locus est.

D. Locus in quo Turcæ conantur.

C. Locus in quo creatum Musulmanum.

C. Janus per quem Turcæ in Magnis Dominis Templum ortum.

INDEX

I N D E X

RERVM MEMORABILIVM

IN HOC OPERE CONTENTARVM.

Ubi numerus primus paginam designat; secundus columnam denotat; literæ verò A. B. C. D. locum ostendunt.

- A** Bissinorum Ecclesia. 93. 2. A.
 Absidis Basilicæ Lateranensis situs. 15. 2. D. 19. 1. B.
 Absidis Vaticanæ Basilicæ descriptio. 32. 1. D. Musiva opera in ea, & eorum descriptio. 42. 2. sect. 2. per tot. Eadem Musiva opera à Severino Sum. Pont. renovata. 42. 1. C. à Benedicto XII. restituta, & ab Innocentio III. renovata. ibid. D.
 S. Abundii altare. 74. 1. D.
 S. Acacii in Carya Ecclesia à Constantino M. ædificata. 173. 2. C.
 Acheruntius de Bovenis altare S. Hieronymi erexit. 73. 2. A.
 Ædícula supra Confessionem B. Petri extructa. 48. 2. C.
 Ædificia sacra à Constantino M. constructa. Vide suis locis, & in verbo Constantinus.
 S. Ægidii Abbatis altare à Joanne Tomacello erectum, ac dotatum. 73. 1. B.
 Ægidius de Roffredis restituit altare S. Agathæ V. & M. 73. 2. C.
 Ægidius Laurentii de Gerla dotavit altare S. Catharinæ V. & M. 58. 1. A.
 S. Æmiliani Ecclesia à Constantino M. extructa, & à Basilio Macedone restaurata. 174. 2. B. C.
 Ænæ valvæ Bas. Lateranen. ab Alexandro VII. constructæ, erant olim in Templo S. Hadriani. 15. 1. A.
 Basilicæ Vaticanæ è Templo Salomonis Romam transvectæ. 81. 1. B.
 in Agalmata, sive in Statuas, Ecclesia à Constantino M. ædificata. 174. 2. D.
 Agapethi II. sepulcrum. 68. 2. B.
 S. Agathæ Virg. & Mart. altare ab Ægidio de Roffredis restitutum. 73. 2. C.
 S. Agathonici Constantinopolis Ecclesia à Constantino M. ædificata. 170. 1. A.
 Agnetis de Columna sepulcrum. 71. 2. B.
 S. Agnetis Ecclesia describitur. 126. cap. IX. A Constantino M. ædificata, ac Donariis locupletata. 126. 1. C. D. A Liberio, à Symmacho, & ab Honorio I. restaurata. 126. 2. C. D. Ab Hadriano I. renovata. 127. 1. A. Carmina S. Constantiæ, sive Constantinæ pietatem indicantia in abside hujus Basilicæ olim extantia. 127. 2. C. D. Tegulæ ejusdem Ecclesiæ cum inscriptionibus. 128. 1. D. 129. 1. 2. A. B. C. D.
 Agnetis Imperatricis Henrici II. uxoris sepulcrum. 88. 2. C.
 Agni, & Oves quid denotent. 47. 1. A. B. C. D.
 Agnus loco Christi Cruci affixi ab antiquis Fidelibus pingebatur. 45. 2. A. B. C. D. 46. 1. A. B. C. D. Sanguinem è pectore effundens quid representet. 45. 1. D. 2. A. B. C. D.
 Albanensis Civitas excisa sub Alexandro III. & ab Honorio III. resecta. 141. 1. C. D.
 Alberti Guidalotti sepulcrum. 61. 1. B.
 Alexander Farnesius Card. elegantissimum sepulcrum Paulo III. Patruo in

- Vaticana Basilica erexit. 63. 2. C. Altare SS. Simonis, & Judæ ornavit. 64. 1. B.
- Alexander Montaltus Cardin. sepulcra Pii II. & Pii III. ad Ecclesiam S. Andree de Valle transtulit. 70. 2. C.
- Alexander VI. Indulgentiam septem annorum pro ascensu cujuslibet gradus Basilicæ B. Petri concessit. 40. 1. C. Organum in Vaticana Basilica extrui fecit. 57. 2. B. Constitutionem edidit de Inventione Tituli SS. Crucis. 120. 2. A. Eiusdem lateritius tumulus. 91. 2. A. Sepulcrum. 72. 1. C. 90. 1. D. Statua marmorea. 107. 2. A.
- Alexander VII. Urbis, & Ecclesiarum mirificus restaurator. 15. 1. A. Valvas æneas in Bas. Lateranen. construxit. ibid.
- Alicensis Joannis Epitaphium. 105. 1. C.
- Aloysii Rossii Card. sepulcrum. 74. 2. D.
- Altare S. Abundii. 74. 1. D.
- S. Egidii Abbatis. 73. 1. B.
- S. Agathæ Virg. & Mart. 73. 2. C.
- S. Ambrosii. 73. 2. B.
- S. Andree. 93. 2. B.
- SS. Andree, & Jacobi Majoris. 90. 1. C. D.
- S. Angeli. 87. 2. B.
- S. Annæ. 60. 2. A. 66. 1. A.
- Annunciationis B. Mariæ V. 68. 2. B.
- S. Antonii Abbatis. 59. 1. A. 66. 1. A.
- S. Antonii de Padua. 72. 1. D.
- S. Antonini. 72. 2. B.
- S. Antonini seu Salonici Mart. 15. 1. C.
- S. Augustini. 73. 2. A.
- S. Bartholomæi. 59. 2. B. 66. 1. B.
- S. Blasii Episc. & Mart. 68. 1. C.
- S. Bonifacii Mart. 65. 1. A.
- S. Brigittæ. 72. 2. B.
- S. Catharinæ Virg. & Mart. 57. 2. D.
- SS. Chrysanthi, & Dariæ. 15. 1. C.
- SS. Cosmæ, & Damiani. 91. 1. D.
- Deiparæ. 60. 1. D. 61. 2. B. 68. 1. A.
- S. Erasmi Episc. & Mart. 72. 2. B. 66. 1. B.
- Altare S. Eustachii. 68. 2. C.
- S. Gabinii Mart. 61. 1. D.
- S. Georgii. 68. 2. C.
- S. Hieronymi. 65. 2. C. 73. 2. A.
- S. Jacobi Apost. 73. 1. D.
- S. Joannis ad Fontes. 59. 2. C.
- S. Joannis Apost. & Euang. 60. 1. D.
- S. Joannis Baptistæ. 83. 1. B.
- S. Joannis Chrysofomi. 89. 1. C. 90. 1. A.
- SS. Lamberti, & Servatii Episc. 89. 2. D.
- SS. Laurentii, & Georgii. 71. 2. D.
- S. Laurentii Martyris. 74. 2. C.
- S. Leonis IV. 54. 2. A.
- S. Lucie Virg. & Mart. 59. 1. B.
- S. Marci Euang. 68. 1. B. 74. 1. B.
- S. Mariæ Magdalene. 15. 1. C.
- S. Mariæ ad Præsepe. 75. 1. C.
- S. Mariæ Annunciatæ. 88. 1. D.
- S. Mariæ de Febre. 83. 1. A.
- S. Mariæ de Febribus. 91. 1. A. B.
- S. Mariæ de Misericordia. 74. 1. A.
- S. Mariæ de Prægnantibus. 56. 2. B. 63. 2. D.
- S. Mariæ Virginis. 19. 1. C. 72. 1. B. 74. 2. A. 101. 1. D.
- S. Mariæ Virg. in Turri. 84. 1. C.
- S. Mariæ Virg. Requiei. 15. 1. C.
- S. Martialis. 66. 2. C.
- S. Martini. 73. 2. B.
- S. Mauritii Mart. 58. 1. B.
- S. Michaelis Archangeli. 93. 2. B.
- Mortuorum. 59. 1. D. 65. 2. B.
- S. Nicolai Episc. & Conf. 68. 1. C. 73. 1. B.
- S. Pastoris. 78. 1. A.
- Peregrinorum. ibid.
- SS. Petri, & Pauli Apost. 53. 1. A. 67. 1. D.
- S. Petronillæ. 67. 1. A.
- SS. Philippi, & Jacobi Apost. 64. 2. A. 65. 2. C.
- SS. Processi, & Martiniani. 57. 1. A.
- SS. Quadraginta Martyrum. 15. 1. B.
- S. Salvatoris de Abundantia. 88. 1. C.
- S. Sebastiani. 70. 1. A. 83. 1. B.
- SS. Simonis, & Judæ. 64. 1. A.

- Altare Spiritus Sancti. 66. 1. A.
 S. Sylvestri. 58. 1. D.
 S. Tridenti. 72. 1. D.
 SS. Trinitatis. 91. 1. D.
 SS. Trium Regum Magorum.
 59. 2. B.
 S. Vincislai Regis Bohemorum.
 66. 1. C.
 S. Ursulae. 87. 2. B.
 S. Xysti I. 52. 2. B.
- Altare in quo venerabantur imagines
 Deiparae, Christi vultus, Apostolorum
 Petri, & Pauli, & B. Honorati
 Bas. Vat. Mansionarii. 82. 1. D. 2. A.
- Altare ligneum in quo B. Petrus cele-
 bravit, illæsum servatum ab incendiis.
 15. 1. D.
- Altare majus S. Petri à S. Sylvestro con-
 secratum. 41. 2. C. D.
- Altaria septem in Bas. Vat. privilegiis in-
 signita. 53. 2. B. Indulgentiæ eadem
 vilitantibus concessæ. ibid. C.
- Altaristæ Vaticanæ Bas. domus. 36. 2. D.
- Altarusius Canonicus altare S. Augusti-
 ni restituit, ac dotavit. 73. 2. A.
- de Amateschis Odo Lotta altare S. An-
 tonini Mart. restituit. 72. 2. B.
- Ambonum Eccles. Lateranen. situs. 15.
 2. B.
- Ambo, sive Suggestum marmoreum
 Vat. Bas. 52. 2. A.
- S. Ambrosii Episc. altare. 73. 2. B.
 Ecclesia, in cuius demolitione Chri-
 stianorum corpora reperta fuere,
 quæ ante pectus capsulas ha-
 bebant, cum Christi nomine ex
 una parte Græcis characteribus
 expresse, ex altera columbarum
 effigies. 95. 2. D. 96. 1. A.
- Anacletus Papa Ædiculam supra B. Pe-
 tri Confessionem extructam amplia-
 vit. 48. 2. D.
- Anastasio Bibliothecarii ordinem in de-
 scribendis Sacris Ædificiis à Constan-
 tino M. constructis Auctor sequitur.
 3. 2. D.
- Anastasio Episcopus Alexandrinorum
 Romam venit, & Monachorum insti-
 tutionem, ac S. Antonii Magni vitam
 promulgavit. 91. 2. D.
- Anastasio IV. Lateranensem Ecclesiam
 auxit, exornavitque. 8. 2. C.
- S. Andreae Apostoli altare. 93. 2. B.
 Caput in Oratorio S. Gregorii M. à
 Pio II. reconditum. 71. 2. A.
 Ecclesia à Symmacho Papa con-
 structa. 86. 1. C. 93. 2. B. Ubi-
 nam fuerit, & quomodo appel-
 laretur. ibid. C. D. 87. 1. A. B. C.
 In ea B. Gregorius Papa recondi-
 dit brachium S. Andreae Apost.
 ac S. Lucae Euangel. 86. 2. A. Sy-
 nodus sub Bonifacio III. ibidem
 celebrata fuit. 87. 2. C.
- SS. Andreae, & Jacobi Majoris Apostolo-
 rum altare à Calisto III. extructum.
 90. 1. C. D.
- S. Angeli altare. 87. 2. B.
 Ecclesia in Laterano, & ejus vesti-
 gia. 20. 1. D.
 Ecclesia alia ubi esset. 86. 2. B.
- Angelus stans Musivo opere expressus.
 104. 2. C.
- de Angiò Riccardus Oliverii Junior
 Card. Oratorium SS. Processi, & Mar-
 tiniani reparavit, ac redditibus auxit.
 57. 2. C. D.
- S. Annæ altare à Matthia Paparonio do-
 tatum. 60. 2. A.
 Imago ad aliud altare à Parafraena-
 riorum Societate translata. 66.
 1. A.
- Annibaldensis Turris vestigia. 20. 1. D.
- Annibaldi de Ceccano Card. sepulcrum.
 71. 2. D.
- Annunciationis B. Mariæ Virgin. altare.
 68. 2. B.
- Ansuinus Prior Beneficiatorum Basilicæ
 Vaticanæ dotavit altare SS. Trinitatis,
 ac SS. Cosmæ, & Damiani. 01. 1. D.
- Antiochiæ Templum Constantinus M.
 ædificat. 178. 1. D.
- Antoniæ Turris Hierosolymis descri-
 ptio. 11. 2. B.
- S. Antonii Abbatis altare ab Antoniotto
 Pallavicino Cardin. extructum.
 59. 1. A. Ejusdem Card. sepul-
 crum. ibid. B.
- Aliud altare à Nicolao de Astallis
 Vaticanæ Basilicæ Canonico re-
 stitutum. 66. 1. A.
- S. Antonii de Padua altare. 72. 1. D.
- S. Antonini Mart. altare ab Odone Lot-
 ta de Amateschis restitutum. 72. 2. B.
- S. An-

- S. Antonini, seu Salonici Mart. altare. 15. 1. C.
- Antoniottus Pallavicinus Card. altare S. Antonii Abbatis extruxit, ibique sepulcrum sibi posuit. 59. 1. A. B.
- Antonius de Calvis Card. altare S. Jacobi Apost. restituit. 73. 1. D.
- Antonius Illerdenfis Card. Oratorium prope Vat. Basil. restituit. 95. 1. D.
- Antonius Pazerinus Patriarcha Aquileien. & Episc. Tusculan. in Vat. Basil. sepultus. 67. 2. A.
- Antonius Sangallus Architectus Novæ Basilicæ Vaticanæ. 41. 1. C.
- S. Apollinaris Ecclesia ab Honorio I. ædificata. 98. 2. D.
- Monasterium à Symmacho Papa extructum. 95. 2. C.
- Apollinis, sive Solis Templum. 28. 1. D. 89. 2. C.
- Apostolorum Ecclesiam Capuæ Constantinus M. ædificavit, quam Constantinianam appellavit. 142. 1. D.
- Donariis ab eodem locupletata. ibid. 2. A. B.
- Apostolorum Ecclesia Constantinopoli à Constantino M. extructa. 168. 1. D.
- Ab Eusebio fusè describitur. ibid. 2. A. B. C. D.
- Alia Neapoli. 142. 2. C.
- Alia Romæ ædificata. 37. 12. A. B.
- Appius Lateranus. 5. 1. D.
- Aquæductus Claudii. 20. 2. A.
- Archiconfraternitatis SS. Corporis Christi Oratorium. 36. 2. D.
- Archipresbyteri, & Ministrorum Vaticanæ Basilicæ domus à Riccardo Card. Constantiensi restituta. 84. 2. B.
- Arcus Triumphalis à S. P. Q. R. Constantino M. cum Elogio erectus. 118. 1. D. 2. A.
- Arcadius Augustus restauravit, & ampliavit Basilicam S. Pauli. 109. 2. D.
- Ardicini della Porta Senioris, & Junioris Cardinalium sepulcra. 69. 2. B.
- Ardicini Junioris in Cryptis Vaticanis extat. 108. 2. A.
- Area ante Porticum Vaticanæ Basilicæ, & ejusdem descriptio. 38. 1. B.
- Arnulphus Architectus Sacelli B. Bonifacii Martyris. 65. 1. B.
- Ascensionis Ecclesia in Monte Oliveto à Constantino M. ædificata. 162. 2. D.
- A Persis diruta, & à Modesto Hierosolymorum Episcopo reædificata. 163. 2. B.
- Ab Helena dicitur constructa. ibid. 1. D.
- Donariis à Constantino ditata. 163. 2. A.
- de Astallis Nicolaus Vat. Basil. Canonicus altare S. Antonii Abbatis restituit. 66. 1. A.
- Atrium Vaticanæ Basilicæ. 35. 1. C.
- S. Augustini altare ab Altarufio Canonico restitutum, ac dotatum. 73. 2. A.
- Aula Concilii, sive Patriarchium Lateranense. 18. 1. C.
- In eo octo Concilia celebrata fuere. ibid. D.
- Aulæ Leonianæ. 18. 2. D.
- Aulæ pro domicilio Pontificis. 78. 2. B.
- Aulæ pro Ministris, & Janitoribus Vaticanæ Basilicæ. 37. 1. D.
- Aulæ Sanctimonialium, vulgò, *Le Murrate di S. Pietro*. 89. 1. D. 95. 2. D.
- Aula Regia Palatii Apostolici in Vaticano. 78. 2.
- Aurelii Prudentii catmina de Ædibus Lateranis. 7. 2. B.
- De Vaticana Basilica. 31. 2. B.

B

- B** Albus Petrus Episc. Tropien. in Vat. Basil. sepultus. 67. 2. B.
- Baptismalis Fons Vat. Basil. 69. 2. B.
- Baptista Zeno Card. Oratorium prope Vat. Basil. extruxit. 95. 1. D.
- Baptisterium Lateranense à Constantino Magno inchoatum à Xysto III. absolutum, ab Hilario Papa renovatum. 23. 2. B. C. D. 24. 1. A. B. C.
- Inscriptio in eodem. ibidem. Donaria à Constantino M. eidem oblata. 26. 1. 2. A. B. C. D.
- Barbam, & capillos Sacerdotes Hebræorum & Nazaræi nutriebant. 183. 1. B.
- Barberinus Carol. Car. laudatur. 31. 2. D.
- Franciscus Cardinalis lapidem super quem ossa SS. Petri, & Pauli divisa fuere è Cryptis in Vaticanam Basilicam asportari curavit. 53. 1. C.
- Naviculam B. Petri ex Musivo opere restaurari, ac supra medianam portam Porticus Vat. Basil. collocari fecit. 77. 2. D.
- Laudatur. ibid.

- Barbo Marcus altare B. Marci Euangelistæ extruxit. 68. 1. B. Paulo II. sepulchrum erexit. ibid.
- Barbus Petrus dotavit altare Deiparæ, & Apostolorum Petri, & Pauli. 68. 1. A. Eugenio IV. sepulchrum extruxit. ibid.
- de Bartholinis Gajus Mortuorum altare locupletavit. 59. 2. A.
- S. Bartholomæi Apost. altare. 58. 2. B. 66. 1. B. Eiusdem corpus ab Ecclesia S. Bartholomæi in Infula Lycaonia ad Vaticanam Basilicam translatum occasione inundationis Tyberis, ac deinde ad propriam Ecclesiam reportatum. 58. 2. C. D.
- Bartholomæus Beneventanus Vat. Basil. Canonicus altare mortuorum dotavit. 65. 2. B.
- Bartholomæus Martini Episc. Segovien. in Vat. Basil. sepultus. 67. 2. B.
- Bartholomæus Piazza Abbas librum edidit, cui titulus *Effemeride Vaticana*. 100. 2. C. laudatur. ibid.
- Basilica. V. in propriis locis.
- Basilica Lateranensis. V. Lateranensis Basilica.
- Basilica S. Pauli. V. S. Pauli Basilica.
- Basilica SS. Petri, & Pauli, ac Joannis Baptistæ in Civitate Ostiensi. V. SS. Petri, & Pauli, ac Joannis Baptistæ Basilica.
- Basilica Sessoriana. V. S. Crucis in Hierusalem Ecclesia.
- Basilica Theodori. 17. 2. C.
- Basilica Vaticana. V. Vaticana Basilica.
- Basilus Macedo restituit Templum Deiparæ in Simate. 171. 1. C. S. Æmiliani Ecclesiam renovavit. 174. 2. B. C.
- Bassi Junii Urbis Præfeti marmoreus Sarcophagus. 108. 2. D. eiusdem Inscriptio. 109. 1. A.
- Beda Venerabilis quo loco obierit. 80. 2. B. C. D. ejus sepulcrum. ibid.
- Bellifarius Romæ degens à Summo Pontifice accitus. 153. 2. D.
- Benedicti Cajetani Card. sepulcrum. 65. 1. C.
- Benedio Græco more. 42. 2. C. D. Latinorum more. 43. 1. D.
- Benedicti I. sepulcrum. 83. 1. A. III. sepulcrum. 80. 1. B. IV. sepulcrum. 78. 2. D.
- Benedictus XII. Musivum opus Absidis Vat. Basil. restituit. 42. 1. D. Eiusdem Statua sepulcrum & inscriptio. 65. 2. D. 101. 2. B.
- Beneficiorum, & Clericorum Vat. Basil. sepulcrum. 91. 1. D.
- Beneventanus Bartholomæus Vat. Basil. Canonicus altare Mortuorum dotavit. 65. 2. B.
- Laurentius Card. sacellum Deiparæ in Vat. Basil. Innocentii VIII. Patru sui jussu restituit. 61. 2. C.
- Berardus Herulus Card. Oratorium S. Crucis denuo excitavit. 60. 2. C. Eiusdem sepulcrum. 69. 1. C. 108. 2. A.
- F. Bernardus Joseph à Jesu Maria Commissarius, & Procurator Generalis Franciscanæ Familiæ Terræ Sanctæ laudatur. 180. 2. D. 182. 1. B.
- Bibliothecæ Pontificiæ in Laterano vestigia. 20. 1. D.
- Bibliotheca Pontificia in Vaticano. 95. 1. D.
- Bibliothecarii Anastasii ordinem in describendis Sacris Ædificiis à Constantino M. constructus Auctor sequitur. 3. 2. D.
- S. Brigittæ altare. 72. 2. B.
- S. Blasii Episc. & Mart. altare à Poncello de filiis Vrbi extractum. 68. 1. C.
- B. Bonifacii Mart. altare à Bonifacio VIII. restitutum, & ornatum sub quo erat corpus eiusdem Sancti. 65. 1. A. C.
